a De populo suo. qō fuit institutū a principio: tamen fuit concessum ut posset accipe vxorem de stirpe regia. ⁊ hoc ꝓpter nobilitatem generis. ⁊ ut rex qui pesset in tpalibꝫ: essent magis cōcordes. qō faciebat ad bonum regimen ꝓpli. ⁊ ut reges p familiaritatem sacerdotū essent magis edocti de lege dīna. ⁊ talis cōmixtio videt cōcedi p hoc qō subdit: b Ne cōmisceat stirpem generi sui vulgo gentis sue. i. cōmunib⁹ de ꝓpło. ⁊ p b videt ꝓcedi ꝓmixtio cum stirpe regia. Sciendū aut̄ q̄ predicta que spāliter sunt ordinata circa sacerdotes. ⁊ potissime circa sacerdotem magnū ad eor excellētiā. ꝓpt̄ hoc fuit ut haberentur a populo in maiori reuerentia. quia hoc redūdabat in honorem cult⁹ diuini. c Locutusq̄ est dñs. Hic cōsequenter ostenditur qui debēāt reputari inepti ad sacerdotium. licz sint de semine aaron. cum dicitur: d Qui habuerit maculam. i. notabilem deformitatem. ⁊ hoc fuit ordinatum quia tales homines videntur cōtemptibiles: ne ex hoc vilesceret sacerdotale officium. ⁊ exp̄imunt iste deformitates magis in particulari. cum dicitur: e Si cecus fuerit ⁊c. ⁊ patet littera vsq̄ ibi: f Si gibbus. i. gibbosus in pectore uel in dorso. g Si iugem scabiem i. continuam uel pungentem. h Si impetiginem. i. scabiem siccam que sine dolore corporis corpus fedat ⁊ deformat. Et idem est iudicium de alijs deformitatibus notabilibus ꝓpter quas redditur homo contēptibilis alijs. ideo subdit. Dis qui habuerit maculam ⁊c. ⁊ pz. i Uescetur tamen panibus qui offerunt. hoc dicitur ad differentiam panū ꝓpositionis qui fiebāt de cōmuni sumptu. ⁊ nō erat licitum de eis comedere nisi solis sacerdotib⁹. cetera patēt. Moraliter sacerdotali officio reddūt indigni Nec⁹. i. ignar⁹ dīne legis. cū sacerdotiū sit officiū doctoris. k Claudus. i. iniustus. quia est officiū diffinitoris in foro ꝓscientie. l Naso deformis. i. indiscretus. q̄ est officium discretoris lepre a non lepra. Fract⁹ pede i. ineptus ad gradiendū in via morū. q̄ sacerdotiū est officiū p̄curatoris. m Mancus. i. impotens operari virtuose. cū sit officiū cultoris in vinea dñi. Bibbolus. i. superbus. cum sit officiū exꝑlatoris. Lippus. i. videns obscure in ꝓtinentib⁹ ad salutem. cum sit officium ductoris. n Habens albuginem in oculo. i. auarus. cū sit officium largitoris. o Habens iugem scabiem. i. castrimargiam. cū sit officiū predicatoris. cui⁹ est castigare corpus suū ⁊ in seruitutem redigere. p Habens impetiginem. i. luxuriam. cum sit officiū ꝓsecrationis agni imaculati. q Hernioſus. i. ruptus uel ponderosus. i. ad terrena affectuosus. cum sit officiū genitoris. q̄ habet gignere filios spūales in ecclesia dei. r Cap. xxij.

Ego dominus. Uirginem ducet vxorem. Uiduam autem ⁊ repudiatam ⁊ sordidam atq̄ meretricem non accipiet: sed puellam de populo suo: ne cōmisceat stirpem generis sui vulgo gentis sue quia ego dominus qui sanctifico eum. Locutusq̄ est dominus ad moysen dicēs: Loquere ad aaron: Homo de semine tuo per familias qui habuerit maculam non offeret panes deo suo nec accedet ad ministerium eius. Si cecus fuerit: si claudus: si uel paruo uel grandi ⁊ torto naso: si fracto pede: si manu: si gibbus: si lipp⁹: si albuginem habens in oculo: si iugem scabiem: si impetiginē in corpore: uel hernioſus: omnis qui habuerit maculā de semine aaron sacerdotis non accedet offerre hostias dño: nec panes deo suo. Uescetur tamen panibus qui offeruntur in sanctuario: ita dūtaxat ut intra velum non ingrediatur: nec accedat ad altare qui maculam habet: ⁊ contaminare non debet sanctuarium meum. Ego dominꝰ qui sanctifico eos. Locut⁹ est ergo moyses ad aaron ⁊ ad filios eius ⁊ ad omnem israel: cuncta que sibi fuerant imperata. XXII

Locutus quoq̄ est dominus. Postq̄ descripta sūt precepta ordinatiua diuini cultus ꝑsum ad ministrantes: hic consequenter ponuntur precepta diuini cultus ordinatiua ꝑsum ad ministrata. Et primo ostenditur quid sit obseruandum circa iam oblata. secūdo quid circa offerenda. ibi: Locutusq̄ ē dominus. tertio ad vtrūq̄ ponitur ratio inductiua. ibi: Custodite mandata. Circa primum ponitur multiplex preceptum. secundo trāsgressiōis remediū. ibi: Qui comederit de sanctificatis. Circa primū excluduntur octo persone abesu sanctificatorū: vir lepr⁹ fluxus: seminifluus: immundus ex tactu: immundus ex esu: alienigena: inquilin⁹: mercenari⁹ filia sacerdotis: nupta. Ratio literalis aūt hui⁹ exclusiōis est. pter reuerentiā cultus diuini. Nā ex eo q̄ non q̄libet admittebat ad esum oblationum que cedebant in vsum sacerdotum sed excludebantur q̄sone immunde. viles ⁊ extranee: habebantur oblationes in maiori reuerentia. Ratio autem figuralis fuit: quia per hoc designabatur q̄ quilibet non est admittendus ad perceptionem eucharistie: sed tm̄ persone fideles ⁊ munde. patet aut̄ littera paucis exceptis. que exponentur discurrendo. l Caueant ab his que ꝓsecrata sunt. ut non irreuerenter ⁊ indebite ad tangendum ⁊ comedendum se ingerant. Cōsecrata filiorum israel hic dicunt oblata ab eis. m Et non contaminent nomen sanctificatorum mihi. i. oblatorum mihi. quia sicut dictum est vilesceret in reputatione dominū. si quilibet etiam immundus eis vesceretur. n In quo est immunditia ꝓbit cora dño. sicut nadab ⁊ abiu. ut dictū fuit ꝛ. xj. ca. Consequenter explicat in speciali immunditias excludentes ab esu sanctificatorum. cum dicitur: o Homo de semine aaron ⁊c. ⁊ patet ex precedentibus. p Qui tetigerit immundum super mortuo. id est ex pertinentibus ad mortuum. ex quorum tactu homo efficitur immūdus. ꝓut habetur Numeri. xix. q Et ex quo egreditur semen. i. qui tetigerit seminifluū. r Quia cibus illius est. eo q̄ est de semine aaron. s Morticinū. i. per se mortuum. ⁊ loquitur scriptura de animali mundo sm̄ suam speciē: sed ex modo moriendi efficiuntur carnes immunde ⁊ illicite ad esum.

a Dis alienigena ⁊c. ¶ Hic accipiť alienigena ois qui non est ⁊ semine aaron. exceptis aliquib⁹ postea expressis. b Inquilinus sacerdotis. qui manet ad temp⁹ tm̃ in domo eius: ⁊ nõ est ⁊ genere eius. c Et mercẽnarius. qui seruit pro mercede sacerdoti: quia isti sunt sui iuris. d Quem aũt sacerdos emerit in seruũ. ⁊ q̃ vernaculus domus eius fuerit. i. seruus nat⁹ ⁊ nutritus in domo sacerdoť. e Hi comedẽt ex eis. q: sũt q̃dam res ipsius sacerdoť. f Si filia sacerdoť cuilibz ⁊c. ¶ i. alicui q̃ nõ est ⁊ genere sacerdotali. g Nõ vescet. q: ẽ emãcipata a pre: ⁊ facta vna caro cũ marito. ⁊ iõ trahit ad modũ viuendi mariti. h Qui comederit. Hic ponit trãsgressiõis remedium qñ illa transgressio fit p ignorantiam: qz vult reddere qõ comestum est. ⁊ super hoc quintã ptẽ: eo q nõ adhibuit debitã diligentiam ad p̃cauendũ sibi ⁊ comestione sanctificatorum. ⁊ ideo non excusatur a toto sed solum a tãto. Moraliť p comestionem sanctificatoꝝ intelligit̃ ceptio eucharistie. a qua excludunť iste pson̄e. Lepr̃osus. i. peccatis assiduus qui peccat ex corruptione habit⁹. Seminifluus. i. mendosus q̃ ⁊ fluit verbis falsis. Immundꝰ ex tactu. i. luxuriosus. quia luxuria est circa delectatiões tact⁹. Immũdꝰ ex esu. i. carnosus uel gulosus. Alienigena. i. exc̃oicatus. ⁊ a societate gentis x̃piane ptescisus. Inquilinꝰ. i. inconstans q̃ manet ad temp⁹. sed tpe tentatiõis recedit. Mercẽnariꝰ. i. cupidus uel auarus q̃ nõ habet oculũ nisi ad tpale lucrũ. Filia sacerdotis. i. effeminat⁹ ⁊ mollis. i Locutusq; est dñs. Hic p̃mit ostẽdit q̃d obseruãdũ sit circa offerenda. Et p̃mo ostenditur que debeãt offerri. secundo a quib⁹ psonis. ibi: De manu alienigene. tertio determinat temp⁹ oblationis. ibi: Locutusq; ẽ dñs. Adhuc circa offerẽda p̃mo ponitur generalis determinatio. secũdo circa hoc ponit q̃dam exceptio. ibi: Bouẽ ⁊ ouẽ aure ⁊c. Circa primũ sciendũ q̃ in oi sacrificio gñaliter hoc erat obseruandũ q̃ aial offerendũ in sacrificijs oportebat esse imaculatũ. i. absq; defectu alicui⁹ membri uel notabili deformitate. ita q̃ macula nõ accipiť p̃ varietate pellis: ſ mõ dicto. In sacrificio p̃o holocausti qõ totũ incendebat̃ ad honorẽ diuinũ. ⁊ sic erat dignius alijs sacrificijs. hoc erat p̃seruãdũ specialiť q̃ offerretur animal masculinũ tm̃. qz sexus masculin⁹ p̃fectior est. eo q̃ femina est mas occasionat⁹. ⁊ hoc est qõ dr̃: k Homo de domo isrł. i. indecus natione. l Et de aduenis i. alienigena cõuersus ad iudaismũ. m Masculus imaculatus erit ex bobus ⁊ ouib⁹ ⁊c. qz ex his tribus speciebꝰ

Ego dñs q̃ sãcifico eos. Dis[a] alienigena nõ comedet de sanctificatis. ¶ Inquilin[b]⁊ sacerdotis ⁊ mercẽnari[c] nõ vescent ex eis. Quem[d] aũt sacerdos emerit ⁊ q̃ vernacul⁹ dom⁹ ei⁹ fuerit: hi[e] comedent ex eis. Si[f] filia sacerdotis cuilibet ex ꝑlo nupta fuerit: de his q̃ sãcificata sunt ⁊ de p̃mitijs nõ[g] vescet̃. Sin aũt vidua uel repudiata ⁊ absq; liberi reuersa fuerit ad domũ patris sui: sicut puella cõ sueuerat: aletur cibis patris sui. Dis alienigena comedẽdi ex eis nõ habet ptãtem. Qui[h] comederit de sanctificatis p ignorantiã: adder quintã ptem cũ eo qõ comedit: ⁊ dabit sacerdoti in sanctuariũ: nec cõtaminabũt sanctificata filioꝝ isrł q̃ offerunť dño: ne forte sustineant iniquitatẽ delicti sui cũ sãcificata comederint. Ego dñs q̃ sanctifico eos. ¶ Locutusq;[i] est dñs ad moysen dicẽs: Loqre ad aaron ⁊ filios eius: ⁊ ad oẽs filios isrł: dicesq; ad eos. Homo[k] de domo isrł: ⁊[l] de ad uenis qui habitãt apud vos q̃ obtulerit oblationẽ suã: uel vota soluẽs uel sponte offerẽs: q̃cquid illud obtulerit in holocaustũ dñi ut offerat̃ p vos: masculus[m] imaculatus erit ex bobus ⁊ ouibus ⁊ ex capris. Si maculam habuerit nõ offerẽt̃: nec q; erit acceptabile. Homo[n] q̃ obtulerit victimã pacifico q; dño uel vota soluens uel sponte offerens tam de bobus q̃; de ouibus: imaculatũ[o] offeret ut acceptabile sit. Omnis macula non erit in eo. Si[p] cecũ fuerit: si fractũ[q]: si[r] cicatricem habẽs: si[s] papulas aut[t] scabiẽ aut impetiginẽ: nõ offerẽt̃ ea dño: nec adolebitis ex eis sup altare domini. Bouem[v] ⁊ ouem aure ⁊ cauda amputatis: uolũtarie[x] offerre potes: votũ[y] aũt ex his solui nõ p̃t. Omne aial q̃d uel contritis uel tonsis uel sectis ablatisq; testiculis est: nõ offeretis dño: ⁊ in terra vr̃a hoc omnino nefaciatis. De[z] manu alienigene non offeretis panes deo vr̃o: q̃ quicq̃d aliud dare voluerit: q̃a corrupta ⁊ maculata sunt oia: nõ suscipietis ea.

a aliũ tm̃ fiebat sacrificiũ. n Homo qui obtu. victi. paci. s. p bñficio obtento uel obtinẽdo. o Immaculatũ offeret. Verũtñ nõ semp oportebat q̃ cẽt aial masculinũ. Cõsequenť oñdit qualiť aial debeat dici maculatũ. cũ dr̃: p Si cecũ fuerit. i. carens duobus oculis uel uno. q Si fractũ. i. fracturã habens in aliqua pte corporis. r Si cicatricem. i. notabilẽ deformitatẽ remanentẽ post sanationẽ plage. s Si papulas. i. pustulas ex q̃bus oritur dolor ⁊ scabes. t Aut scabiẽ uel impetiginẽ. hec exposita sũt ſ. in pncipio capituli. Et eadem rõ est de alijs notabilib⁹ deformitatib⁹. qz talia reddũt aial cõtemptibile. ideo nõ debet dño offerri in sacrificiũ ne vilescat cult⁹ diuin⁹. ⁊ qz dño debẽt offerri melioza. v Bouẽ ⁊ ouẽ. Hic p̃miter oñdit in quo casu maculata aialia possunt offerri. cũ dr̃: Bouẽ ⁊ ouẽ: aure ⁊ cauda amputatis. In hebreo br̃: Bouem ⁊ ouẽ superfluũ ⁊ diminutũ. i. habentem aliq̃ membr̃ superfluũ: sicut tertiũ oculũ: uel tertiã aurem: uel deficientem in uno oculo uel aure uel huiusmodi. ⁊ redit in eandẽ sententiam cũ translatione nostra. quia tam isti defectus q̃; illi reddunt animal maculatum. x Uolũtarie offerre potes. etiã in sacrificiũ. ut dicunt coiter expositores nostri. ſ si aliqs esset obligat⁹ ad tale sacrificiũ nõ poterat ex tali aiali fieri. ſ b dictũ videť p̃tradicere textui p̃cedẽti. cũ dr̃: Dõ q̃ obtulerit victimã pacifico q; dño: uel vota soluẽs: uel sponte offerẽs imaculatũ offeret ut acceptabile sit. ex q̃ p̃z q̃ sacrificiũ de aiali habẽte talẽ defectũ nõ eẽt deo acceptũ. etiã si eẽt oblatũ uolũtarie ⁊ absq; obligatiõe. ⁊ iõ q̃ dr̃ b: Uolũtarie offerre potes. Aliť exponit Ra. Sa. dicẽs q̃ b intelligit̃ de oblatiõe q̃ fiebat sacerdotib⁹ tm̃. ut de ꝑcio talis aialis fierẽt aliq̃ necessaria i taberna culo uel tẽplo. ut pote reparatio cortinarũ seu utensiliũ q̃b⁹ utebant̃ ministri tabernaculi: ſ nõ poterat ex eo sacrificiũ fieri: nec de eo aliq̃d offerri sup altare. iõ subdit: y Votũ aũt ex his solui nõ p̃t. hic accipiť votũ p q̃cũq; sacrificio. vñ in hebreo br̃: Ad scificationẽ nõ placebit. i. ad sacrificiũ. z De manu alienigene. Hic p̃miter oñdit a q̃b⁹ nõ debẽt sacrificia accipi. cũ dr̃: De manu alienigene. ⁊ vocat̃ hic alienigena q̃ nõ est iude⁹ natione nec cõuersus ad iudaismũ: qz a talib⁹ nõ debebat accipi aliq̃d offerẽdũ in altari. potest tñ accipi pecunia uel alia dona ex q̃; ꝑcio emerent̃ illa q̃ cẽnt offerẽda. ⁊ ſ mõ dr̃. ij. Machab. iij. q̃ seleuc⁹ asie rex ex supplicijs suis p̃stabat ea que pertinebãt ad sacrificia. a Quia corru. ⁊ ma. sũt oia. sacrificia eni ⁊ oblatiões veteris legis nõ erãt accepta p̃m se, ſ ex fide offerẽtiũ. iõ gẽtiles qz nõ habebãt circũcisionẽ q̃ erat signũ fidei reputabanť inmũdi. ⁊ p dona eoꝝ. ⁊ iõ nõ poterãt offerri in ꝑpria spẽ. ut dictũ ẽ: Ra. Sa. aliť exponit passiue. Ad cui⁹ intellectũ p̃ ponẽda ẽ hebraica lra q̃ talis ẽ: De manu alienigene nõ offerẽt̃ panẽ deo vr̃o de oib⁹ his: q: corruptiões eoꝝ in eis sũt ⁊ macula in eis ẽ: nõ p̃ficiẽt eis. Dicit igiť q̃ lex ista datur ad remouendũ dubiũ. qz lex nõ fuit data gẽtilibus

ꝫ iudeis tñi. ⁊ ideo ꝓceptū ꝛe oblatiõe imaculatoꝝ tñi nõ astringebat gentiles: ꝯ qõ sacerdotes iudeoꝝ possent credere ꝙ aĩalia maculata oblata a gẽtilib⁹ ex deuotiõe possent offerri in altari tolocaustoꝝ. ⁊ ideo hoc remouet ꝓ hoc qõ dicit hic: Corruptiones eoꝝ ⁊c. dicit tamen ꝙ animalia imaculata imolaticia poterãt ab eis recipi ⁊ offerri. sed hoc dictū videtur esse cõtra textū vbi dr: De manu alienigene nõ offeretis panes deo vro. In panibus tñ nõ poterãt esse tales macule sicut in aĩalib⁹. Et si dicat ꝙ aliqui panes poterant esse maculati er aliqua mixtiõe indebita. ⁊ de talib⁹ loquit hic: nõ valet qz absolute dr: Nõ offeretis panẽ. ⁊ indefinita lex eq̃pollet vniuersali. ⁊ sic oblatio panis gnãliter videt ꝙ bita recipi a gentilib⁹: ⁊ eadem rõne oiuz aliarũ rerũ. Itẽ de agno paschali q̃ imolabat extra locũ sanctũ: qz in irm vbiq; poterat immolari. ut dr Deut. xvj. dr Exo. xij. ꝙ nullꝰ poterat admitti ad comestionẽ eiꝰ nisi prius circũcisus ⁊ quersus eẽt ad iudaismũ. Et multo fortiꝰ videt ꝙ nullꝰ eẽt admittendus ad offerendũ aliq̃d in loco sacro: nisi iudeꝰ uel ꝓsus ad iudaismũ. Ita illi quoꝝ oblatio recipiebat ad offerendũ sup altare: ingrediebant atriũ tabernaculi in q̃ erat altare holocaustoꝝ ut ps ex ꝓdictis in multis locis. sed gẽtiles nõ debẽbãt ingredi. ut ps Abdenoꝝ. j. vbi dr: Vidit gẽtes ingressas sactuariũ tuũ. de q̃bus ꝓcepas ut nõ intrarẽt in ecclesiam tuã. Et Ezech. xliij. vbi dr: Sufficiãt vobis oĩa scelera vra dom⁹ isrl: eo ꝙ inducitis filios alienos incircũcisos corde: ⁊ incircũcisos carne: ut sint in sanctuario meo ⁊ polluãt domũ meã. Sacerdotes eni cupiditate ducti introducebãt gentiles intra atriũ vbi erat altare holocausti ut peiperẽt ab eis oblationes. ⁊ Act. xxj. iudei insurrexerũt in paulũ dicentes eũ violatorẽ templi: eo ꝙ credebãt eũ introduxisse tropheũ q̃ erat gentilis in atriũ templi vbi nazarei soluebãt votũ suũ. ⁊ sic ps ꝙ nõ erat licitũ recipe aliq̃d a gentilib⁹ ut offerret in eadẽ specie. ut ꝓdictũ est. Ira etiã hebraica nõ facit ꝓ dicto Ra. Sa. cũ dr: qz corruptiões eoꝝ in eis ⁊c. quia p hoc non intelligit aliud nisi ꝙ immunditie gentiliũ inꝑtum erãt incircũcisi ⁊ idolatrie redditi redũdabãt in oblationib⁹ eoꝝ. ⁊ sic ps ꝙ ira hebraica in hoc loco nõ differt a translatiõe nra in sensu: lz ꝑtũ ad aliq̃d differat in ꝙbis. a Locutusq; est dñs. Hic ꝓnter agit ꝛe tpe offerẽdi cũ dr: b Die aũt octauo ⁊c.] qz añ octauã diẽ fetus nati sunt nimis molles ⁊ imperfecti. ⁊ ideo añ octauã diem nõ debẽbãt offerri deo: sicut nec aĩalia imperfecta ꝓpter defectũ alicuiꝰ membri. c Sive illa vos sive ouis nõ immolabunt ⁊c.] hoc fuit ꝓceptũ: ut iudei q̃ erãt crudeles exercerent ad pietatẽ circa bruta aĩalia: ut ꝑ hmiõres efficerent erga homines. Videbat aũt q̃dãmõ crudele ꝙ mater cũ fetu immolaret ⁊ ideo ꝛ fuit ꝓhibitũ ratiõe dicta. Itẽ qz aliq; idolatre sm ritũ suũ matrẽ cũ fetu idolis immolabãt. Eisdem ratiõib⁹ ꝓcipit Deut. xxij. ꝙ si q̃s inuenerit nidũ ⁊ matrẽ incubantẽ pullis ꝙ nõ teneat sil matrẽ cũ filijs: sed patiat matrẽ abire captos filios tenẽs. d Si immolaueritis hostiã. hoc s. vij. ca. positũ est ⁊ exꝓsitũ. ꝛ hic repetit ad maiorẽ impssionẽ. e Custodite mãdata mea. Hec est cõclusio buiꝰ capituli videlz obseruatio ꝓdictoꝝ. cuiꝰ ratio subdit cũ dr: f Ego dñs. i. rãte auctoritatis ꝙ dixi simplicit obedire. g Ne polluat nomẽ meũ. offerẽdo imũda sup altare meũ. h Ut sanctificer in medio filioꝝ isrl. nõ ꝙ ꝑ sacrificia aliq̃d accrescat sanctitati diuine: ꝛ magis ipsis offerẽtib⁹ ꝛuote. iõ dr: In medio filioꝝ isrl. i Cap. xxiij.

Locutusq; est dñs ad moysen dicẽs: Bos ouis ⁊ capra cũ genita fuerit: septẽ diebꝰ erit sub vbere matris sue: die autẽ octauo ⁊ deinceps offerri poterunt dño:] Sive illa vos sive ouis nõ immolabit vna die cũ fetibus suis.] Si immolaueritis hostiã ꝓ gratiarũ actione dño: ut possit esse placabilis: eodẽ die comedetis eam. Nõ remanebit quicq; in mane alteriꝰ diei. Ego dñs. Custodite mãdata mea: ⁊ facite ea. Ego dñs. Ne polluatis nomẽ meũ sanctũ ut sanctificer in medio filioꝝ isrl. Ego dñs q̃ sanctifico vos: ⁊ eduxi ꝛe tra egypti ut essem vobis in deũ. Ego dñs. XXIII

Locutusq; est dñs ad moysen dicẽs: Loquere filijs israel: Dominus ad moysen dicẽs: ⁊ dices ad eos: Hec sunt ferie domini quas vocabitis sanctas hec diebus facietis opus: dies septimus quia sabbati requies est: vocabit sanct⁹. Dẽ opus nõ facietis in eo. Sabbatum dñi est in cũctis habitationib⁹ vris. Hec sunt ergo ferie dñi sancte q̃s celebrare debetis tpib⁹ suis. Mense primo q̃rtadecima die mẽsis ad vesperũ: phase dñi est:] ⁊ q̃ntadecima die mensis hui⁹ solẽnitas azimoꝝ dñi est.] Septẽ diebus azima comedetis. Dies primꝰ erit vobis celeberrimus sanctusq;. Omne opus seruile non facietis in eo: sed offeretis sacrificium in igne dño septem diebus. Dies autem septimꝰ erit celebrior ⁊ sanctior: nullumq; seruile opꝰ faciet in eo.

Dominus ad moysen dicẽs: Loquere filijs isrl. i Cap. xxiij.

Locutusq; est dñs. Hec est tertia ps principalis huius libri in q̃ agit ꝛe tpib⁹ offerendi: q̃ quidẽ tpa sunt solẽnitates in q̃bus fiebãt spãlia sacrificia vltra q̃tidiana. Et ꝓ agit ꝛe tpe victꝰ solẽnitatũ. 2° ponit inductio ad obsuãtiã eaꝝ. xxvi. ca. Circa primũ ꝓmittunt solẽnitates q̃ durabãt p aliquã ptẽ ãni 2° subdunt ille q̃ durabãt p totũ ãnũ. xxv. ca. Ad huc circa primũ ꝓmittunt ille q̃ ptinebãt gnãliter ad totũ ppl'm. 2° q̃ spãliter ad sacerdotes. xxiij. ca. Prima in duas. qz primo ꝓmittit obseruatio solẽnitatis sabbati q̃ fiebat qualiter ebdomada cum dr. k Dies septimꝰ ⁊c. ꝛe opꝰ nõ faciet in eo. qz etiã illa q̃ ptinebãt ad cibũ ⁊ potũ nõ poterãt illo die ꝓparari. sed die precedenti. ut habet Exo. xvj. qualit aũt sabbatum sit obseruandũ: pleni⁹ dictũ fuit Exo. xx. ca. Sed hic ⁊ in pluribus alijs locis repetitur huiusmodi obseruatio ut magis cordib⁹ hominũ imprimeret. l Hec sunt ergo ferie. Hic secundo ponunt solẽnitates que fiebãt semel in anno. Et primo agitur ꝛe solẽnitate pasce. secundo ꝛe solẽnitate pentecostes. ibi: Numerabitis ergo. tertio ꝛe solẽnitate tubarum. ibi: Locutusq; est dñs. quarto ꝛe solẽnitate expiationis. ibi: Decimo die. quinto ꝛe solẽnitate tabernaculoꝝ. ibi: Et locutus est dñs. Adhuc primo agitur ꝛe solẽnitate paschali. secundo ꝛe oblatione primitiarũ que fiebat infra festum pasce. ibi: Locutusq; est dñs. Circa primũ sciendũ ꝙ solẽnitas paschalis celebrabat in memoriã beneficij quo educti sunt filij israel ꝛe egypto: que quidem eductio fuit xv. die mensis primi. ⁊ ideo tunc fiebat solẽnitas illa. Incipiebat tamen a vespere precedenti diei: in quo vespere imolabat agnus paschalis. ꝛe cuius imolatione dictũ fuit plenius Exo. xij. ⁊ xiij. ⁊ hoc est quod dicitur hic: m Mense primo quartadecima die ⁊c.] Dicebatur autem illa imolatio phase. id est transitus. quia angelus in illa nocte percutiens primogenita egyptioꝝ transibat domos hebreorum: in quarum supliminarib⁹ erat de sanguine agni imolati. nihil percutiens in eis sed magis saluans. n Et q̃ntadecima ⁊c.] Incipiebat tñ sicut dictũ est a vespere precedenti diei in quo nõ debebat apparere fermentũ seu fermentatũ in domib⁹ hebreoꝝ. o Septẽ diebꝰ azima comedetis. qz tot diebꝰ durabat solẽnitas. Comedebãt autẽ azima in memoriã bñficij quod filij isrl iminẽte exitu ꝛe egypto nõ poterãt fermẽtare egyptijs cogẽtib⁹ eos exire. ut dr Exo. xij. ca. ꝓ Dies primꝰ erit vobis cele. Erat enim celebrior q̃ntq; sequentib⁹. ideo subdit: q Omne opꝰ seruile nõ facietis in eo. poterãt tñ ꝓpari illa que erãt ad cibũ ⁊ potũ necessaria: qz talia opa nõ reputant seruilia. r Bz offeretis sacrificiũ ⁊c. Istud sacrificiũ ꝛe terminat. j. Hueri xxviij. s Dies aũt septimꝰ erit celebrior. nõ respectu primi sed respectu intermedioꝝ. in quib⁹ nõ solũ erat licitum ꝓparare ea que ad victũ ptinẽt. sed etiam alia opa facere.

a Ecce aũt egressus. Hic ponit casus incidẽs de blasphemo in iurgio. ⁊ describit iste casus p descriptionẽ dictarũ solẽnitatũ: q in solẽnitatib⁹ solent boies lauti⁹ comedere ⁊ bibere. ⁊ p ꝓs iurgari de facili: ⁊ inter iurgia ꝓrumpe ad blasphemias. ꝓmo igit describit hui⁹ blasphemi trãsgressio. secũdo puniciõis determinatio. ibi: Miserit eũ. tertio determinationis executio. ibi: Locutusq est moyses Circa ꝓmũ sciendũ q dicũt h aliq hebrei q iste blasphem⁹ eo q erat de tribu dan ex pte matris uoluit figere tabernaculum suũ cũ illis q erãt de tribu dan: sed fuit ꝓhibitus ab illo iuxta quem volebat figere tabernaculũ eo q occupabat spaciũ suũ: ⁊ sic rixati sunt ad inuicẽ ⁊ cã eox reducta est ad moysen q̃ sententiauit cõtra illum: q castra nõ situabãt ꝑm lineã matrũ sed patrũ. ut hꝫ Numeri. ij. vbi dr; singuli p turmas atq; uexilla ⁊ domos cognationũ suarũ castrametabunt.

Ecce[a] aũt egressus filius mulieris israelitidis quẽ[b] peperat de viro egyptio inter filios israel: iurgatus[c] est in castris cũ viro israelite. Cũq[d] blasphemasset nomen dñi: ⁊ maledixisset ei: adduc[e] est ad moysen. Vocabat[e] aũt mat eius salumith filia dabri: de tribu dan. Miserũtq[f] eũ in carcerẽ: donec noscerẽt quid uoluntate dñs. Qui locut⁹ est ad moysen dicẽs: Educ[g] blasphemũ extra castra: ⁊ ponant[h] omnes q̃ audierũt manus[i] suas sup caput eius: ⁊[k] lapidet eum ꝓpls vniuersus: ⁊[l] ad filios israel loqueris. Homo qui maledixerit deo suo portabit peccatũ suũ: ⁊ q̃ blasphemauerit nomen dñi: morte moriat. Lapidibus opprimet eum omnis multitudo ꝓpli. Sive ille ciuis sive peregrinus fuerit: q̃ blasphemauerit nomen dñi: morte moriat. Qui[m] percusserit ⁊ occiderit boiem: morte moriatur. Qui[n] percusserit aial: reddat viariũ. i. aiam. p aia. Qui[o] irrogauerit macul[p] cuilibet ciuiũ suoꝝ: sicut fecit: sic fiet ei. Fracturã. p fractura: oculũ. p oculo: dentẽ. p dente restituet. Qualem inflixerit maculã: talẽ sustinere cogef. Qui percusserit iumentũ: reddat aliud. Qui[q] percusserit boiem puniet. Equũ[r] iudiciũ sit inter vos: sive peregrinus sive ciuis peccauerit: q ego sum dñs deus uester. Locutusq[s] est moyses ad filios israel: ⁊ eduxerũt eũ q̃ blasphemauerat extra castra: ac lapidib⁹ oppresserunt. Feceruntq filij israel sicut preceperat dñs moysi.

Locutusq[t] est xxv dñs ad moysen in mõte synai dicens: Loquere filijs israel: ⁊ dices ad eos: Quando[u] ingressi fueritis terram quã ego dabo vobis sabbatizeris sabbatũ domino. Sex annis seres agrum tuum: ⁊ sex annis putabis vineam tuam: colligesq fructꝰ eius.

In hebreo hꝫ: Et domos patrũ suoꝝ castrametabunt. ꝓpe quã sniam cõturbatus: postq exierat de loco iudicij blasphemauit nomẽ dñi: ⁊ ideo hic fit mentio expressa de matre sua ⁊ de tribu dan. ⁊ ꝑm h exponit hrã. cũ dicit: Ecce aũt egressus. s. de loco iudicij vbi fuerat cõdemnat⁹. b Quẽ peperat de viro egyptio. Iste vir egypti⁹ fuit ille quẽ interfecit moyses ⁊ genuit istũ blasphemũ de adulterio. ꝓut tactũ fuit Exo. ij. c Iurgatus est in castris. i. ꝓpe situationẽ tentorij sui in castris ratiõe ꝓdicta. d Cũq blas. no. dñi. hebrei dicũt: Cũq explanasset nomẽ dñi. dicũt enim aliq qꝫ publico notauit nomẽ dñi tetragrãmaton q̃ erat illicitũ notare nisi in sacerdotũ benedictionibus. ⁊ illud nomẽ maledixit. e Vocabat aũt mat ei⁹ salu. de q̃ dictũ fuit Exo. ij. f Miserunt eũ in car. Hic ꝓnt ponit punitiõis ei⁹ determinatio. ⁊ secũdo ratiõe hui⁹ mõi determinationis fit quedã repetitio de lege talionis. ibi: Qui percusserit. Circa ꝓmũ dicũt aliq hebrei q ideo fuit missus in carcerẽ donec sup hoc sciref sniã dei. eo q ignorabat vtr incurrisset pnã mortis. Alij aũt dicunt q hene sciebatur ipsum incurrisse pnã mort; qz iam preceptũ fuerat a dño Exo. xxj. Qui maledixerit ptri morte moriat. ⁊ multo forti⁹ incurrit hoc pena. p maledictiõe dei: qui est pater oiuz p creationem: ⁊ ideo fuit reclusus ut sciref qua morte deberet mori: quia hoc non fuit determinatum a dño. ⁊ ideo determinat hic. cum dicitur: g Educ blasphemũ extra castra. tanq̃ oib⁹ abominabilẽ ⁊ execrabilẽ. h Et ponãt omnes qui audierunt. s. ipsum blasphemantem. i Manus suas sup caput eius. tanq̃ testes. dicendo: Malicia tua te adduxit ad mortem. nõ nos. k Et lapidet eum ꝓpls vniuersus. ad terrorem alioꝝ. l Et ad filios israel loqueris. ꝓtestando q̃ simili morte morietur qui blasphemauerit nomen dñi. m Qui percusserit. Hic occasiõe hui⁹ additur repetendo de lege talionis. cum dicit: Qui percusserit ⁊ occiderit boiem. ⁊c. ⁊ intelligitur de occidente a ꝓposito non a casu. ut patet p illud qꝫ habet Exo. xxj. vbi dicit q interficiens a casu debebat saluari i ciuitate refugij. n Qui percusserit aial reddat vicariũ. id est animal eiusdẽ speciei ⁊ valoris: uel precium ꝑm arbitrium iudicũ. o Qui irrogauerit. id est fecerit. p Maculam. hic accipitur macula pro mutilatione seu lesione que non potest curari sine notabili deformitate: eo modo quo animal dicebatur maculatum ꝑm legem. Et qualiter istud sit intelligendum dictum fuit plenius Exo. xxj. vbi plenius actum est de lege talionis. q Qui percusserit hominẽ punitur. ⁊ ꝑm expositores nostros intelligitur de percussione ad quam nõ sequitur mors: nec mutilatio: nec deformitas notabilis: quia talis debet puniri ad arbitrium iudicũ. In hebreo habet: Qui percusserit hominem moriat. Et dicit Ra. Sa. q loqꝫ ista lex nõ de quocũq homine: sed de patre: quia percutiens patrem graui percussione debet mori. etiã si mors non sequat. ut dictum fuit Exo. xxj. uel dicendum q loquitur hic de homine generaliter. ⁊ de percussione ad quam sequitur mors. ⁊ repetitur id qđ in principio huius partis dictum fuerat ad maiorem expressionem r Equum iudiciũ sit inter vos sive peregrinus ⁊c. Accipitur hic peregrinus gentilis conuersus ad iudaismũ: qui ꝛ recipetur q̃tũ ad ea que pertinẽt ad salutẽ: non tñ q̃tũ ad ea que sunt honoris in regimine ꝓpli ꝑ que dr aliqs simplicit ciuis: ad qđ recipiebant aliqui gẽtiles cõuersi ꝑ tertiã gnationem: aliq ꝑ decimã ⁊ aliq nunq̃. ut hꝫ Deut. xxiij. Si qs aũt iudeus interfecisset gentilem nõ cõuersũ ad iudaismũ: nõ incurrisset pnã mortis. ꝑm q dicit Ra. Sa. ꝓut exposui Exo. xxj. s Locutusq ẽ moyses. h ponit executio pene ꝑm sniam dñi ꝛ blasphemũ s. dictũ ⁊ ꝛ hrã.

Locutusq est dñs. Superi⁹ actũ est de solẽnitatib⁹ dierũ. Hic ꝓnter agit de solẽnitatib⁹ annoꝝ. ⁊ dividit in duas. in ptem ꝓncipalẽ ⁊ incidentalem. secunda ibi: Aũ vendes quippiã. Prima adhuc in duas. qz ꝑmo agit de solẽnitate anni septimi. secũdo de solẽnitate ãni q̃quagesimi. ibi: Numerabis quoq. Circa ꝓmũ sciendũ q annꝰ septim⁹ erat remissionis qz tũc remittebant debita nõ potentib⁹ soluere. ⁊ serui dimittebant libertati. Hoc tñ est intelligendũ de impotentib⁹ ⁊ seruis iudeis uel cõuersis ad iudaismũ. ut habetur Deut. xv. vbi agit de ãno septimo. q̃tum ad ista. sed hic agit de ipso inq̃tum erat solẽnis ad quietẽ terre. ⁊ hoc est qđ dr: v Aũ ingressi fueritis terrã quã ego dabo vobis sabbatizet sabbato. quiescendo. Dicit aũt Aug⁹. q terra colebat septimo anno: ⁊ seminabatur: sed nõ colligebatur a dominis: sed totum pauperibus dimittebatur: ⁊ ꝑm hoc intelligitur quies terre: quia non exercebatur pro utilitate tpali colentium. Omnes autem hebrei ⁊ Andreas super locum istum dicunt q terra anno septimo nõ colebatur nec seminabatur. ⁊ hoc magis concordat textui: quia statim subditur: Sex ãnis seres agrũ tuũ ⁊c. subdit:

a Septimo aũt anno sabbatũ erit terre. Si enim coleret non esset requies terre. vñ ⁊ subdit: Agrũ nõ seres ⁊c. b Que sponte gignet bum⁹ nõ metes. illa sunt que nascunt in campis ex granis decidentib⁹ tpe messis absq; alia cultura: ⁊ illa non vetabant dñi campos appropriare sibi. c Et vuas primitiarũ tuarum. dicũt aliqui q; loquit̃ de fructib⁹ vince ante quartũ annũ qui erat immundi. ut hr̃ s. xix. ca. sed nõ ẽ verũ imo de fructibus anni septimi loquit̃ q; absq; cultura nascebant. vñ premittit: Anno septimo agrũ nõ seres ⁊ vineam tuã nõ putabis. ⁊ de vtrisq; fructibus subdit. d Sed erũt vobis in cibũ ⁊c. quia inde viuebãt coiter domini ⁊ serui pauperes: ⁊ peregrini: etiam hostie: nõ solũ domestice: sed etiã siluestres. Vñ subdit: e Jumentj tuis ⁊ pecorib⁹. Jn hebreo hr̃: Jumẽtis tuis ⁊ bestijs. ⁊ p bestias b intelligũt alia alia siluestria ꝑm hebreos. f Numerabis ibi septem ebdomadas. hic ꝓpter agitur de solẽnitate anni quinquagesimi: de quo est duplex opinio: tam apud hebreos q; apud latinos eo enim q; dicit hic: Numerabis q; tibi septem ebdo. ⁊c.] dicũt alij q; ann⁹ iubile⁹ erat vltimus annus hui⁹ numeri. s. xlix. dicebat tñ in quagesimo respectu precedentis iubilei inclusiue. ⁊ ꝑm hoc ann⁹ iubileus erat idem cũ anno septimo remissionis ebdomade vltime anorum ꝓdictor̃. alij aũt dicũt q; ann⁹ iubile⁹ erat ann⁹ immediate sequẽs annos xlix. ꝓdictos: ⁊ sic erat inquagesimus a precedẽti iubileo exclusiue. Et ꝑm hoc ann⁹ iubileus erat immediate sequens annũ septimũ vltime ebdomade: ⁊ tũc erãt duo ani sibi succedentes immediate in quib⁹ terra quiescebat: ita q; nõ colebat nec seminabat: ⁊ vtrisq; opinioni pot̃ hrã de facili applicari. g Et clãges buccina mense ⁊c.] Dicũt alij q; iste clangor fiebat mense septimo anni precedentis iubileũ. sicut hoies annis natiuitatẽ dñi ꝓclamãt festũ. clamãdo natale natale. Alij aũt dicũt q; iste clangor fiebat septimo mẽse anni iubilei. ⁊ hoc videt verũ. vñ ⁊ vocat̃ iubile⁹ ab isto clangore. ꝑm q; dicit Ra. Sa. ⁊ rationabiliter. vbi enim dicim⁹ iubileũ. Jn hebreo habet̃ iobel: qđ sigt cornu uel buccinã. vñ Exo. xix. vbi dr̃: Cum aũt cepit clangere buccina. Jn hebreo hr̃: iobel. h Sãctificabisq; annũ q̃nquagesimũ. i. applicabis ad diuinũ cultũ. i Et vocabis remissionẽ. q: tũc remittebant fuit utes ⁊ debita: ⁊ etiã exules ꝓmittebant redire ad terrã suã. vñ seq̃t: Reuertet̃ hõ ad pos. suã: ⁊ vnusq; rediet ad familiã pristinã. cetera patẽt ex predictis. k Qui vendes. Hec est ps incidẽtalis in qua ponunt duo incidẽtia ex ꝓdictis. eo enim qđ dictũ est immediate q; in anno iubileo eis redibãt ad possessiones suas. sequit q; possessiones non poterãt vẽdi nisi vsq; ad iubileũ. ⁊ iõ necessariũ fuit determinare modũ venditionis. Jtem q: dictũ est s. q; septimo anno nõ poterat seminari nec meti: oportebat determinare de mõ ꝓuisionis: ⁊ iõ ꝑ tradit modus venditionis in generali. 2° modus ꝓuisionis anni. vij. ⁊ viij. ibi: Et si dixerit, 3° reuertit ad modũ vẽditionis in spãli. ibi: Terra q;. Circa ꝓmũ sciendũ q; ex q̃ non poterãt vẽdi possessiones nisi vsq; ad annũ iubileũ ad hoc q; esset iusta vẽditio oportebat hr̃e respectũ ad terminũ iubilei. ut quãto plures essent anni vsq; ad iubileũ: tãto pl⁹ vẽderẽt ⁊ quãto pauciores tãto min⁹. ⁊ pcrã. l Et si dixeritis. hic cõsequenter agit de modo ꝓuisionis: q: dñs qui est verax ⁊ potens ad implẽdũ: dicit q; anno sexto terra ꝓferet fructus in tanta abundãtia q; etiã sufficerẽt ad sustentationẽ hominũ vsq; ad tempus quo noui fructus haberent de semina. octauo anno. ⁊ pclittera. m Terra quoq;. hic reuertit ad modum venditionis in speciali ⁊ primo agit de vẽditiõe agror̃. 2° domor̃. ibi: Qui vẽdiderit domũ. tertio ꝓsonarũ. ibi: Si pauptate cõpulsus. Circa primũ determinat q; vendens possessionẽ suam ex pauptate: poterat redimere si veniret ad pinguiorem fortunam: ⁊ similiter ꝓpinquus eius: ⁊ si emptor leuasset aliquos fructus. valor de precio debebat defalcari: ⁊ residuum reddi emptori. terra enim ꝓmissionis erat ipsius dei immediate. iudei autem ibi habitantes non erant nisi sicut coloni. ⁊ ideo dominus noluit eam aliter vendi seu alienari. ⁊ patet littera. n Qui vendiderit domũ ⁊c. Hic agitur in speciali de venditione domorũ. vbi determinat q; dom⁹ que erat intra ciuitates uel villas muratas: si venderent poterat redimi infra annũ venditionis: alie nõ poterãt redimi de cetero etiã i anno iubileo

Septimo aũt anno sabbatũ erit terre requietiõis dñi. Agrũ nõ seres: ⁊ vineã nõ putabis. Que sponte gignet bum⁹ nõ metes: ⁊ vuas primitiar̃ tuarũ nõ colliges quasi vindemiam. Ann⁹ enim requietiõis terre est. Sed erũt vobis in cibũ tibi ⁊ seruo tuo: ancille: ⁊ mercenario tuo: ⁊ aduene qui peregrinat apud te. Jumẽtis tuis ⁊ pecorib⁹ oĩa que nascũt prebebunt cibũ. Numerabis tibi septem ebdomadas ãnorum. i. septies septem que simul faciunt quadraginta anos: ⁊ clanges buccina mẽse septimo: decima die mensis ꝓpitiatiõis tpe in vniuersa terra vra. Sanctificabisq; annũ quinquagesimũ: ⁊ vocabis remissionẽ cũctis habitatoribus tre tue. Jpse est enim iubileus. Reuertetur homo ad possessionem suam: ⁊ vnusquisq; rediet ad familiam pristinã: q: iubileus est ⁊ quinquagesim⁹ annus. Non seretis: neq; metetis: spõte in agro nascentia: ⁊ primitias vindemie nõ colligetis: ob sanctificationem iubilei: sed statim ablata comedetis. Anno iubilei redeãt oĩes ad possessiones suas. Cũ vendes quippiam ciui tuo: uel emes ab eo: ne cõtristes fratrem tuum: sed iuxta numerum annor̃ iubilei emes ab eo: ⁊ iuxta supputationẽ frugũ vendet tibi. Quanto plus anni remanserint post iubileũ: tãto crescet ⁊ precium: quãto min⁹ tpis numeraueris tanto minoris ⁊ emptio cõstabit. Temp⁹ enim frugũ vendet tibi. Nolite affligere cõtribules vros: sed timeat vnusq;sq; deum suum: q: ego dñs de⁹ vr̃. Facite precepta mea: ⁊ iudicia custodite: ⁊ iplete ea ut habitare possitis in terra absq; vllo pauore ⁊ gignat vobis humus fructus suos q̃bus vescamini vsq; ad saturitatẽ nulli⁹ impetum formidãtes. Qđ si dixeritis qđ comedem⁹ anno septimo si nõ seuerim⁹: neq; collegerimus fruges nr̃as: dabo benedictionẽ meã vobis anno sexto: ⁊ faciet fructum trium annor̃: sere. tisq; anno octauo: ⁊ comedetis veteres fruges vsq; ad nonũ annũ: donec noua nascãt edetis vetera. Terra q; nõ vẽdetur in ꝑpetuũ: q: mea est: ⁊ vos aduene ⁊ coloni mei estis. Vñ cuncta regio possessionis vestre sub redemptiõis cõditiõe venietur. Si attenuat⁹ frat̃ tuus vendiderit possessiunculã suã: ⁊ voluerit ꝓpinqu⁹ eius: pot̃ redimere qđ ille vẽdiderat. Sin aũt nõ habuerit ꝓximũ: ⁊ ipse preciũ ad redimendũ potuerit inuenire: cõputabunt fructus ex eo tpe quo vendidit: ⁊ qđ reliquũ est: reddet emptori: sicq; recipiet possessionẽ suã. Qđ si nõ inuenerit man⁹ eius ut reddat preciũ: habebit emptor qđ emerat vsq; ad annũ iubileũ. Jn ipso enim omnis venditio redibit ad dominũ ⁊ ad possessorem pristinũ. Qui vẽdiderit

Domus aũt que erant in villis nõ muratis semp poterant redimi vsq; ad iubileũ. & falcatiõe tñ facta & precio q̃tũ valuerãt emptori. Ratio aũt hui⁹ diuersitatis erat: ut ciuitates & ville murate remanerẽt magis populate. & ideo statutũ fuit ut dom⁹ illarũ vendite non possent redimi nisi ꝑmo anno: ut p hoc hoies essent min⁹ proni ad vẽdẽdũ. Excipiũtur tñ ab hoc domus leuitarũ q̃ erant in vrbib⁹ muratis q̃ vendite ab eis poterãt semp redimi modo ꝫ dicto. Cui⁹ ratio assignat in lrã: q; leuite nõ habebãt ptem in agris sicut alie tribus. & ideo domus eoꝝ que erãt in vrbibus reputabant eis quasi ꝑ hereditate agroꝝ: & iõ simili mõ redimi poterãt. & ps lrã. a Sub urbana aũt eoꝝ nõ veneãt. i. venenf. vñ vrsus Exulo vapulo veneo fio quatuor ista. Sensum passiui sub voce gerunt aliena. i. sub voce actiui. b Quia possessio sempiterna ẽ. suburbana enim ꝓprie dicta erãt q̃dam loca in circuitu ciuitatũ q̃ erant colta. ut hr Numeri. xxxv. vbi ista materia tangitur plenꝫ. & ideo dicit hic possessio sempiterna. q; coitas non mozitur sed psone singulares & ideo nullus poterat aliq̃d vendere ibi q; nõ habebãt aliquid ꝑ prium. c Si paupertate. hic ꝓnter agit de vẽditiõe psonarũ: vbi determinat q; si aliquis hebreus eẽt emptꝰ in seruũ: uel hebrea in ancillam uellet tractari amicabiliter: & nõ sicut serui aliarũ nationũ. & in ãno iubileo poterat talis egredi liber: & si annꝰ septimꝰ remissiõis ueniret añ annũ iubileũ poterat egredi silicet. ut dictũ fuit Exo. xxi. Erãt enim ẽs hebrei serui ipsi⁹ dei imediate: eo q; redemerat eos de seruitute egypti. & ideo nolebat eos aliter vendi. Secꝰ aũt

domum intra vrbis muros: habebit licentiã redimendi do/ nec vn⁹ impleat ann⁹. Si non redemerit & anni circul⁹ fuerit euolutus: emptor possidebit eam: & posteri ei⁹ in ꝑpetuũ: & redimi nõ poterit etiã in iubileo. Sin aũt in villa fuerit domus q̃ muros nõ habet: agroꝝ iure vendet. Si añ redẽpta nõ fuerit: i iubileo reuertet ad dominũ suũ. Edes leuitarũ q̃ in vrbib⁹ sunt: semp pñt redimi. Si redẽpte nõ fuerint: i iubileo reuertent ad dños: q; dom⁹ vrbiũ leuiticarũ ꝑ possessionib⁹ sũt inter filios isrl. Suburbana[a] aũt eoꝝ nõ veneãt: q; ꝑ possessio sempiterna est. Si attenuat⁹ fuerit frat⁹ tu⁹ & infirm⁹ manu: & susceperis eũ quasi aduenã & pegrinũ: & vixerit tecũ ne accipias vsuras ab eo: nec ãpli⁹ q̃ ꝫ dedisti. Time deũ tuũ ut viuere possit frat⁹ tu⁹ apud te. Pecuniã tuã non dabis ei ad vsurã: & frugũ supabundantiã non exiges. Ego dñs deus vester: q̃ eduxi vos de terra egypti: ut darẽ vobis terrã chanaan & essem vester de⁹. Si[c] pauptate cõpulsus vẽdiderit se tibi frater tuus: nõ eũ oppimes fuitute famuloꝝ sz quasi mercenarius & colonus erit. Vsq; ad annũ iubileũ opabit apud te: & postea egrediet cũ liberis suis: & reuertet ad cognationẽ & ad possessionẽ patrũ suoꝝ. Mei enim serui sunt: & ego eduxi eos de terra egypti. Nõ veneãt pditiões seruoꝝ. Ne affligas eũ ꝑ potentiã: sed metuito deũ tuũ. Seru⁹[e] & ancilla sint vobis de natiõibus q̃ in circuitu vr̃o sunt: & de aduenis qui pegrinant apud vos: uel q̃ ex his nati fuerint in terra vr̃a.

Hos habebitis famulos & hereditario iure trãsmittetis ad posteros: ac possidebit in eternũ. Fratres aũt vestros filios isrl ne oppimatis ꝑ potentiã. Si[f] inualuerit apud vos manus aduene atq; pegrini: & attenuat⁹ frater tuus vendiderit se ei aut cuiq̃ de stirpe ei⁹: post vẽditionẽ pot redimi. Qui voluerit ex fratrib⁹ suis redimet eũ: & patru⁹ & patruelis: & consanguine⁹ & affinis. Sinautẽ ipse potuerit redimet se: supputatis dũtaxat annis a tpe venditionis sue vsq; in annũ iubileũ: & pecunia qua venditꝰ fuerat iuxta annoꝝ numerũ: & ratione mercenarij supputata. Si plures fuerint ãni q̃ remanẽt vsq; ad iubileũ: ꝓm hos reddet & ꝑ eiũ. si pauci: ponet rationẽ cũ eo iuxta annoꝝ numeꝝ: & reddet emptori q̃ reliquũ est ãnoꝝ q̃b⁹ añ fuiuit mercedib⁹ iputatis. Nõ affliget eũ violent⁹ in ꝓspectu tuo. Q; si ꝑ hec redimi non potuerit: anno iubile oegredietꝫ cũ liberis suis. Mei enim sunt fui filij isrl: q̃s eduxi de terra egypti. XXVI

Go[g] dñs deus vester. Nõ[h] facietꝫ vobis idolũ & sculptile: nec titulos erigetis: nec insignẽ lapidẽ ponetis in terra vr̃a ut adoretꝫ eũ. Ego enim sum dñs de⁹ vester. Custodite[m] sabbata mea: & pauete ad sanctuariũ meũ. Ego[o] dñs. Si in preceptis meis ambulaueritis & mãdata mea custodieritis & feceritis ea: dabo[p] vobis pluuias tpib⁹ suis: & tra gignet germẽ suũ: & pomis arboꝝ replebunt. Apprehendet[q] messiũ tritura vindemiã: & vindemia occupabit sementẽ: & comedetꝫ panẽ vr̃m in saturitate:

erãt de seruis emptꝫ aliarũ nationũ: & h est q̃ subdit: d Seruus & ancilla sint vobis de natiõibus q̃ in circuitu vr̃o sunt. q̃ nõ sũt cõuersi ad iudaismũ. e Et de aduenis. i. de cõuersis. sic ꝓ Josue. ix. ca q̃ gabaonite semp fuerũt sui multitudinis: iz cẽnt puersi ad iudaismũ. Si aũt aliqs iudeus esset venditꝰ in fuũ alicui cõuerso ad iudaismũ: poterat redimi ꝑ seipsũ si pinguior fortuna sibi occurreret: uel ꝑ ꝓpinquos suos: de falcatione tñ facta de ꝓcio redẽptionis: q̃rum eius seruitus valuerat emptori. & hoc est q̃ dr: f Si inualuerit apud vos manus aduene &c. & si predictis modis nõ poterit redimi: egredietur cũ liberis suis in anno iubileo. cui⁹ cã reddit cũ dr: Mei enim serui sunt filij isrl q̃s eduxi de terra egypti. & ideo nolebat q; possent vendi simplicit & ad sp in fuitutẽ bũanã.

g Cap. xxvj.

Go dñs de⁹ vr̃. Postq̃ actũ ẽ de solẽnitatib⁹ q̃ ptinent ad cultũ diuinũ. hic ꝓnter inducit ꝓhs ad obseruantiã earũ. Et b q̃druplicit. ꝑ ꝑ ꝓhibitiões. 2° ꝑ ꝓmissiões. ibi: Ego dñs si in ꝑceptis meis &c. 3° ꝑ cõminatiões. ibi: Q; si non audieritis me. 4° ꝑ exhortatiões. ibi: Q; si & de bis. Circa ꝓmũ ꝓhibet idolatriã: ut inducat ad obseruantiã cultus diuini. cũ dr: Ego dñs de⁹ vr̃. cui cultũ latrie debet: & nulli alteri. iõ subdit: h Nõ faciet vobis idolũ. s. ope fusili. & sic ꝓhibet idolatriã in idolis metallicis. i Et sculptile. s. ꝑ dolationẽ. & sic ꝓhibet idolatriã i statuis ligneis. k Nec titulos. i. altaria ꝑ idolatria. l Nec insignẽ lapidẽ. i. q̃ ꝓhibet idolatria in imaginib⁹ lapideis. m Custodite sabbata mea. i. solẽnitates q̃ vocãt sabbata: q; in eis erat cessatio ab opib⁹ seruilib⁹. ut ꝓz ex ꝫ. dicit. n Et pauete ad sanctuariũ meũ. i. habete reuerentiã ad ipsum: & nõ ad idolatrie locũ.

o Ego dñs. hic ꝓnter inducitur ꝓhs ad obseruantiam ꝓdictoꝝ ꝑ promissiões tonoꝝ si ea obseruauerint. & ꝑ ꝓmittit eis vbertas &c. de cũ dr. p Dabo vobis pluuias tpib⁹ suis. i. cõpetentib⁹ ad fructificationẽ &c. renascentiũ. q Apprehendet messui tritura vindemiã. h ẽ dictũ: tãta erit copia bladi: q; nõ poterit colligi añ tẽp⁹ vindemie. 2° ꝓmittit eis securitas ab hoste. cũ dr

a Et absq; pauore habitabitis.q; sine securitate fertilitas pax aut nihil valet. b Auferā malas bestias ⁊c.ita q; non nocebunt psonis vestris nec bonis.tertio ꝓmittit eis fertilitas in ꝓplecum dicit: c Respiciam vos ⁊ crescere faciam.sicut ꝓmissū fuit abrahe Gen.xv.ideo subditur.Et firmabo pactū meū vobiscum. d Comedetis vetustis. veterū.i.fructus terre ita abundabunt: ⁊ tam bone collectionis ⁊ maturitatis erunt: q; possent valde diu seruari ⁊ comedi a vobis:sed dimittetis ꝓpter nouos supuenientes.quarto ꝓmittit eis dūa familiaritas cum sua ꝓtectione cū dicit: e Ponā tab. meū in me. vestri.vbi p signa euidentia apparebit effectus ꝓsentie mee in respōsionib⁹ diuinis ⁊ ꝓsimilibus. f Et nō abijciet vos aīa mea. quasi abominabiles.imo habebit vos valde amabiles. g Ambulabo inter vos. vos protegendo ⁊ consolando. b Et ero vester deus.p verum ⁊ ꝑcialem cultum. i Cōfregi cathenas cervicum vestrarū.i. abstuli a vobis duriss̄imā seruitutē egypti qua tenebamini astricti. k Et incederetis erecti. Modus enim ꝓcessorum est incedere inclinato capite.⁊ quando liberāt caput eleuare. l Et si non audieritis me. Hic consequēter inducitur populus per cōminationes.⁊ cōminat eis dominus quatuor mala: si non seruauerint ꝓdicta:⁊ hoc cōtra quatuor dona: que sūt obseruantibus promissa. Promiserat enim obseruantibus securitatem ab hostib⁹.Et ideo non obseruantib⁹ primo cōminatur impugnationem hostium.cū dicitur: Et si non audieritis ⁊c.sequit. m Visitabo vos velociter in egestate ⁊ ardore.,ꝓueniente ex incursu hostiū.vñ subdit: n Frustra seretis sementem.que ab hostibus deuorabit. o Ponam faciem meam cōtra vos.i.intentionem ad vos ꝓsequendū. ideo subditur:Et corruetis coram hostibus vestris.⁊ subdit: p Fugietis nemine ꝓsequente.ex nimio pauore q; est valde turpe. Secundo ꝓtra fertilitatem quā ꝓmiserat seruantib⁹ mandata cōminatur non seruantibus sterilitatem.cum dicitur: q Sin autem non sic obedieritis mihi addam correptiones vestras.i.penas vos affligentes. r Septuplum.i.pfecte: q; septenarius numerus pfectionem sign. s Datoq; vobis celum desup sicut ferrum.q; nec ros nec pluuia descendet inde sup terram fecundandam. t Et terram eneam.i.siccam ⁊ omnino infructuosam. Tertio cū dicit: v Si ambulaueritis ex aduerso mihi.,ꝓtra fecunditatem ,plis cōminat eis paucitatem plebis.vñ sequit: x Emittāq; in vos bestias agri.i.feroces: y Que ꝓsumāt vos.deserteq; fiant vie vestre.,ꝓpter paucitatē habitatoꝝ in terra: ⁊ nō solū cōminat eis paucitatem ex deuoratione bestiaꝝ:sed etiam ex gladijs inimicoꝝ.vñ subditur: z Inducāq; sup vos gla.vl.fe.mei.i. trāsgressionū federis mei. a Cūq; ꝓfugeritis in vrbes. a facie gladij. b Mittā pestilentiā ⁊c ita q; nō poteritis ibi saluari: sed p nimia miseria ⁊ fame cogemini vos tradere hostibus vris. c Postq; ꝓfregero baculū panis.i. sustentamentū cibi. d Ita ut decē mu. in vno cli.co.pa. i.ita parum habebūt de pasta q; vnus paru⁹ cliban⁹ sufficiet .p decem tomibus. e Et reddant eos ad pond⁹.i. distribuāt in domib⁹ suis ad pōdus ,ꝓpter paucitatē. Dicit aūt hic Ra. Sa. q; in hoc cōminat eis dns corruptionem bladi ⁊ paste. in tantū q; panes inde formati in furno p siti frāgerent in ptes minutas: q; extracte de furno diuiderentur ad pondus.ut q; libet mulier haberet ptem suam habitam.vlteri⁹ cōminat eis paucitatem causatā ex seipsis.cū dr: Sin aūt nec per hec audieritis me ⁊c.sequitur: f Et come.car.fi.ꝛ.⁊ fi.vīx.q; fuit impletū i obsidiōe samarie.ut hr.iiij.Reg.vj.ca.⁊ in obsidione hierusalē p titū ⁊ vespasianū. ut dicit Joseph⁹ li⁹ de iudaico bello.Quarto ibi: g Destruā excelsa vestra. cōtra diuinam familiaritatem quam ,miserat obseruantib⁹ mandata ei⁹.cōminatur eis subtractionem sui auxilij ⁊ totalem delectionem.cum dicit: Destruā excelsa vra.i. loca alta in quibus idolis imolabant. b Et abominabit vos anima mea.subtrahendo effectū presentie mee.etiam a templo.ideo subdit:Et deserta fa.san.ꝛ. i Nec recipiam ultra odorem suauissimū.i.sacrificia que tempore obedientium tantum fuerunt mihi odorifera ⁊ placita.

⁊ᵃ absq; pauore habitabit in terra vra.Dabo pacē in finib⁹ vris: dormiet⁊ nō erit q; exterreat.Auferā malas bestias: ⁊ gladi⁹ nō trāsibit finibus vros Persequimini inimicos vros: ⁊ corruēt coram vobis.Persequent q̄nq; de vris centū alienos: ⁊ centū ex vobis de cē milia. Cadēt inimici vri gladio i ꝓspectu vro.Respiciā vos ⁊ crescere faciam: multiplicabimini: firmabo pactū meū vobiscū. Comedetis vetustissima veterū: ⁊ vetera nouis supueniētib⁹ ,ꝓicietis.Ponā tabernaculū meum in medio vri: ⁊ nō abijciet vos aīa mea.Ambulabo inter vos: ⁊ ero deus vester: vosq; eritis ꝓpls me⁹.Ego dns deus vester q̄ eduxi vos de terra egyptioꝝ ne seruiretis eis: ⁊ qui ꝓfregi cathenas cervicū vestrarū: ut incederetis erecti. Q; si non audieritis me: nec feceritis oīa mādata mea: si spreueritis leges meas: ⁊ iudicia mea ꝓtēpserit: ut nō faciatis ea q̄ a me ꝓstituta sunt: ⁊ ad irritū pducat pactū meū:ego q; hec faciā vobis Visitabo vos velociter in egestate ⁊ ardore q̄ ꝓficiat oculos vros: ⁊ ꝓsumat aīas vras. Frustra seretis sementē: q̄ ab hostibus deuorabit.Ponā faciē meā ⁊ vos: ⁊ corruetis coram hostib⁹ vris ⁊ subijciemini his q̄ oderūt vos. Fugietis nemine ꝑsequēte.Si ātnec sic obedieritis mihi: addā correptiones vras septuplū ,ꝓpter pctā vra: ⁊ cōterā superbiā duritie vre. Dabo q; vobis celū desup sicut ferrum: ⁊ terrā eneā. Consūmet in cassū labor vester: nō ,pferet terra germen: nec arbores poma prebebūt. Si ambulauerit ex aduerso mihi: nec voluerit audire me: addam plagas vras vsq; in septuplū ,ꝓpter pctā vra. Emittāq; in vos bestias agri q̄ ꝓsumant vos ⁊ pecora vra: ⁊ ad paucitatē cūcta redigant: deserteq; fient vie vre. Q; si nec sic volueritis recipe disciplinam: sed ambulauerit ex aduerso mihi: ego q; ꝓtra vos ad uersum incedā: ⁊ percutiam vos septies ,ꝓpter peccata vestra: inducamq; super vos gladium vltorem federis mei. Cumq; confugeritis in vrbes: mittā pestilentiam in medio vestri: ⁊ trademini in manib⁹ hostium postq; confregero baculū panis vestri: ita ut decem mulieres in vno clibano coquant panes: ⁊ reddant eos ad pond⁹ ⁊ comedetis: ⁊ non saturabimini. Sin autem nec p hec audieritis me: sed ambulaueritis contra me: ⁊ ego incedam aduersum vos in furore contrario ⁊ corripiam vos septem plagis ,ꝓpter peccata vestra: ita ut comedatis carnes filioꝝ vestroꝝ ⁊ filiarum vestrarum. Destruam excelsa vestra: ⁊ simulacra vestra confringā. Cadetis inter ruinas idoloꝝ vestroꝝ ⁊ abominabit vos anima mea in tantū ut vrbes vras redigā in solitudinem: ⁊ deserta faciā sanctuaria vestra: nec recipiā

a Et stupebunt sup ea inimici vestri. ve tanta abiectõe vestra. b Cũ habitatores illi⁹ fuerint. qõ adimpletũ ẽ qñ rex assyrioꝝ trãstulit iudeos ⁊ i ciuitatib⁹ eoꝝ habitare fecit extraneos. ut habet. iiij Reg̃. xvij. ca. Cõminatur etiã psecutionẽ ⁊ abiectionẽ in terra aliena cũ dicit: Vos aũt dispdam in gen. ⁊ euag. post vos gla. c Tunc place. terre sab. sua. Tũc enĩ qescet a cultura. ꝓpter vefectũ habitantiũ: eo qꝺ tpe quietis ipsi⁹ s. ãno. vij. ⁊ qnquagesimo non pmittebãt qescere. ꝓpt cupiditatẽ iudeoꝝ. ⁊ ideo tunc reddet sibi qes maior ⁊ ꝓlixior qꝺ fuerit subtracta. d Terrebit eos sonit⁹ folij volant. qz vies in eroze positi ad modicũ fremitũ credũt adesse adũsariorũ impetũ. e Cadẽt nullo sequẽte. qz vies ex terroze fugiẽtes frequẽt cadũt in ꝑcipitia: ⁊ aliqñ cadunt mutuis gladijs nõ distinguẽtes socios ab aduersarijs. ut bñ Judic. vij. ve fugientib⁹ coꝝ gedeone ⁊ socijs ei⁹. f Qz si ⁊ vobis aliq remãserint. hic ꝑnter inducit ꝓphs ad obseruãtiã mãdatoꝝ ꝓ ꝓsolationes: qz qꝫtumcũqꝫ fuerint abiecti: si aliq remãserint ⁊ afflictiõe vãte eis intellectũ pctã sua recognouerint: ⁊ pipsis oꝛauerint. ꝓmittit eis diua cõsolatio. vñ subdit: Tũc oꝛabũt ꝓ impietatibus suis: ⁊ recoꝛdabor federis mei ⁊c. g Terre qꝫ memoꝛ ero. reducẽdo ibi habitatores suos. Cetera patẽt ex dictis. h Cap. xxvij. Octuscꝫ est dñs. Hec est ãrra ps ꝑncipalis bui⁹ libri. put dictũ fuit a ꝑncipio: in qua agit ve solutionib⁹ ⁊ etiam redemptionib⁹ votoꝝ que sunt quedã oblationes spales. Et ꝓmo agit ve voto obligatis. secũdo ve ꝓsecratis. ibi: Omne qꝺ dño ꝓsecrat. tertio ve

induci in motione castroꝝ: dicendū q̄ inducebant super scapulas portantium. a Panes semp in ea erunt. etiā q̄n portabatur de loco ad locū erāt panes inuoluti cū mensa: sicut & ignis in altari holocausti: ut dicetur: Opient candelabrū ⁊c. sequit: b Inducent q̄ dicentes. Exo. xxv. vbi agitur de factura candelabri nulla fit mentio de vectibus eius Dicendū q̄ ly nō haberent vectes trāseūtes p anulos: sicut habebat mensa: tamē q̄n candelabrum erat inuolutū ponebant vectes in superficie opimenti: ut melius posset portari: q; portabatur in humeri, ut hr̄. j. vij. ca. c Sed & altare s. holocaustoꝝ. d Mundabūt cinere. ipsū eijciendo. e Et inuoluēt illud purpureo vestimēto Cū alia sint inuoluta pallijs byacinthinis: quare istud altare inuoluebat purpureo? Dicit Ra. Sa. q̄ hoc erat ad designādum ignem desubtus latentē. Dicit enī q̄ ignis q̄ descēdit de celo. ut hr̄ Leuit. ix. ca. in altari illo semper erat. sed q̄n mouebant castra ponebat desup opimentū eneum & palliū desuper: nec cōburebat: sicut nec ad ventum uel pluuiā extinguebat tpe quietis castroꝝ ille ignis discooptus sub diuo: & hoc diuino miraculo. erāt enī in pp̄lo israel alia miracula trāseuntia: sicut diuisio maris rubri & cōsimilia: aliq̄ manēntia sic descens mānę & ꝓtinuatio ignis in altari absq; etiā extinctiōe & cōsūptia. f Ponētes cū eo oia vasa ⁊c. de q̄b⁹ dictum est Exo. xxvij. g Cū inuoluerint. hic describit officiū caathitaꝝ q̄ erat portare illa q̄ erāt inuoluta p sacerdotes. h Sup q̄s erat eleaçar. Dictū ē ca. p̄cedēti q̄ erat sup cēs leuitas: dicēdū q̄ erat sup caathitas imediate. ly sup gersonitas & meraritas erat mediate. i Ad cui⁹ ꝓtinet curā oleū ⁊c. Dic Ra. Sa. q̄ portabat illud i manu dextra. k Et cōpositiōis incensū. in sinistra. l Et sacrificium q̄ semp offert. id est omni die: de quo dictum fuit Exo. xxix. portabat in brachio quantū requirebatur pro ipsa die ad offerendū in hora quietis castroꝝ, sequitur. m Alij nulla curiositate videant que sunt in sanctuario ꝓiusq̄ inuoluāt. Et ideo erat eis inhibitū ne intrarēt tabernaculū donec oia essent inuoluta, nec opimenta aliq̄ mō retraherent ad videndū ea q̄ essent intus. n Alio q̄n morient. sicut j. Reg. vj. Bethsamite mortui fuerūt: eo q̄ viderūt archā dñi nudam. o Locutusq; est dñs. Hic describit onera gersonitarū. cū dr̄: Tolle sūmam etiā filioꝝ gerson. sequit: p Ut portēt cortinas tabernaculi. que sūt de quatuor coloꝛib⁹. q Et tectū federis. i. opimentū de sagis. r Opimentū aliud. s. de pellibus: ista aūt exposita sunt Exo. xxvj. s Et velū i intro. ⁊c.] In hebreo hr̄ sic: Velū ostij atrij q̄ est aūa tabernaculū & altare p circuitū. & videt de prioꝛ irā. ut dictū ē ca. p̄cedenti. t Funiculos & vasa ministerij. in hebreo hr̄: Funiculos & vasa ministerij sui. Et accipit hic vasa. i. instrumenta sm modū loquēdi hebraicū. vñ 1. j. Reg. xx. vbi dr̄ de Ionatha q̄ tradidit puero arma sua. in hebreo hr̄: vasa sua. vasa enī q̄b⁹ ministrabat in altari incēsi & altari holocaustoꝝ portabāt caathite ut p̄dictū ē. & gersonite portabant instrumenta q̄ ꝓtinebāt ad officia sua sic martellos & caullas q̄b⁹ funes cortinaꝝ & alioꝝ opimētoꝝ tabernaculi figebant & fissa. v Erūtq; sub manu ithamar. imediate: sed sub eleaçar mediate. x Filios q̄ merari. hic describunt onera meraritarū. vñ subdit: y Portabūt tabulas tabernaculi ⁊c. hec exposita sunt Exo. xxvj. z Columnas q̄ atrij. hec exposita

Mensam quoq; ꝓpositionis inuoluēt byacinthino pallio: & ponent cū eo thuribula & mortariola: cyathos & crateras ad liba fundēda. Panes a semper in ea erūt. Extendētq; desup palliū coccineū q̄d rursū operient velamēto byacinthinarū pelliū: & inducent vectes. Bument & palliū byacinthinū q̄ opient candelabꝝ cū lucernis & forcipibus suis & emūctoriis & cūctis vasis olei que ad conciunnādas lucernas necessaria sunt: & sup oia ponēt opimentū byacinthinarū pelliū & inducēt vectes. Necnō & altare aureū inuoluēt byacinthino vestimēto: & extendēt desup opimētū byacinthinaꝝ pelliū: inducētq; vectes. Sed c & altare mūdabūt d cinere: & e inuoluēt illud purpureo vestimēto: ponētq; f cū eo oia vasa quib⁹ in ministerio eius vtunt. i. ignīū receptacula fuscinulas actridētes vncinos & batilla. Cūcta vasa altaris opient simul velamine byacinthinaꝝ pelliū: & inducēt vectes Cūq; g inuoluerint aaron & filij eius sanctuariū & oia vasa eius in cōmotione castroꝝ: tūc intrabūt filij caath ut portent inuoluta: & non tangent vasa sanctuarij ne moriant. Ista sūt onera filioꝝ caath in tabernaculo federis sup h quos erit eleaçar filij aaron sacerdotis: ad cuius i ꝓtinet curā oleū ad cōcinnādas lucernas & k cōpositiōis incensum: & l sacrificium q̄d semp offert: & oleū vnctionis: & quicquid ad cultum tabernaculi ꝓtinet: omniūq; vasoꝝ que in sanctuario sūt. Locutusq; est dñs ad moysen & aaron dicens: Nolite perdere populum caath de medio leuitarū: sed hoc facite eis ut viuant & nō moriant si tetigerint sancta scōrū. Aaron & filij ei⁹ intrabūt: ipsiq; disponēt opa singuloꝝ: & diuident quid portare quis debeat. Alij m nulla curiositate videant que sunt in sanctuario ꝓiusq̄ inuoluāt: alio q̄n n morient: Locutusq; o est dñs ad moysen dicēs: Tolle sūmam etiam filioꝝ gerson p domos ac familias & cognationes suas a triginta ānis & supra vsq; ad ānos quinquaginta. Numera omnes qui ingrediunt & ministrant in tabernaculo federis. Hoc est officium familie gersonitarū: ut p portēt cortinas tabernaculi & q tectum federis opimentū r aliud & sup omnia velamen byacinthinū: tentoriū q̄q; dependet in introitu tabernaculi federi: cortinas atrij: & s velum in introitu q̄d est ante tabernaculū. Omnia que ad altare ꝓtinēt] funiculos t & vasa ministerij iubente aaron & filijs eius portabunt filij gerson: & scient singuli cui debeant oneri mancipari. Hic est cultus familie gersonitarū in tabernaculo federi. Erūtq; u sub manu ithamar filij aaron sacerdotis. Filios x quoq; merari p familias & domos patrū suoꝝ recensebis a triginta annis & supra vsq; ad annos q̄nquaginta: oēs qui ingrediunt ad officiū ministerij sui & cultū federis testimonij. Hec sunt onera eoꝝ. Portabūt y tabulas tabernaculi & vectes eius: columnas & bases earum: colūnas z quoq; atrij p circuitū cū basibus & paxillis & funibus suis. Omnia vasa & supellectilem ad numerū accipient siccq; portabūt. Hoc est officium familie meraritarū & ministerij

sunt Exo. xxvij. a Recensuerũt igitur. hic colligitur numerus leuitarum. ⁊ primo p partes ꝑm tres familias predictas. s. caathitarum: gersonitarum ⁊ meraritarum. secundo istas ptes aggregando. ibi: Omnes qui recensiti sunt ꝛc leuitis ꝛc. ⁊ patet littera vsq; ad finem capituli. vbi dicit: b Unumquęq; iuxta officiũ ⁊ onera sua. q; aliq; fuerunt cantores: ⁊ aliqui melodiam facientes in cymbalis ⁊ alijs instrumẽtis musicis ꝛc quib⁹ non fecerat mentionem.

c Cap. v. Locutusq; est dominus. Descripta dispositione populi. hic consequenter ꝛcscribitur remotio impedimenti. impeditur autem per corruptionẽ ĩmunditie corporalis: iniustitie: ⁊ suspitionis. Et ideo ꝑmo tollitur corporalis ĩmunditia. secundo corrigitur iniustitia. ibi: Locutusq; est dominus. tertio examinatur diffidentia. ibi: Locutusq; ẽ. Circa primũ tangitur triplex ĩmunditia ꝛc castris tollenda. s. leprosorum: seminifluorum ⁊ super mortuos pollutorũ. cum dicitur: d Precipe filijs israel ut eijciant ꝛc castris ꝛc. Dicit Ra. Sa. q; licz totus exercitus israel diceretur castra generaliter: tamen in speciali erãt ibi tria castra. Prima erant tabernaculum ⁊ atrium circa ipsum: ⁊ dicebantur castra ꝛcitatis: tũ q; ibi colebatur ꝛcus. tũ quia ibi cum moyse loquebatur. Secunda erant habitationes leuitarum circa atrium prout ꝛcscripte sunt supra. iij. ca. Tertia erant reliqui populi habitationes. Dicit igitur q; leprosi eijciebãtur extra tria castra ꝑdicta ne inficerent alios. q; lepra ẽ morbus infectiu⁹ aliorũ. seminifluꝰ eijciebantur ꝛc duob⁹ ꝑmis q; ibi reqrebat maior mũditia: ꝑmittebãt habitare in castris populi: quia non est morbus infectiuus aliorum. Polluti autem ex tactu mortui eijciebantur ex primis castris: quia non erat eis licitum ingredi atrium vbi vigebat cultus diuinus donec essent mundati propter ꝛci reuerentiam: permittebantur tamen esse in castris populi ⁊ leuitarum. e Locutusq; est. Hic consequẽter remouetur impedimentũ quod est iniustitia: que turbat pacem cõmunitatis. ⁊ maxime in retentione rei aliene. Et primo agitur ꝛc retentiõe rei non sacre. cum dr: f Uir siue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis que solent hominibus accidere. illa que cõmuni⁹ accidũt sunt circa ꝛcfraudationẽ aliorum. g Et per negligentiam transgressi fuerint. negligendo custodire mandata ꝛci. h Confitebunt peccatũ suum. non violentia testium: quia tunc tenerentur reddere duplum. ut habetur Exo. xxij. ca. Sed lex ista loquitur in casu in quo aliquis penitentia ductus vult facere satisfactionem proximo. i Reddent ipsum caput. i. ipsum ꝛcbitum. k Quintamq; partem ꝛcsuper ei in quem peccauerunt. i. proximo quẽ ꝛcfraudauerãt. ⁊ ista pars quinta superadditur. ꝓpter damnũ qđ habuit ex rei sue retentione. ⁊ ut hoies essent minus proni ad retentionẽ rei aliene. l Sin autem non fuerit qui recipiat. i. ꝛcbeat recipere: sicut est in restitutione vaga. m Dabunt domino ⁊ erit sacerdotũ. conuertendo in vtilitatem suam quia ꝛc restitutione vaga ꝛcbet minister ꝛci ⁊ pauper sustentari. n Excepto ariete qui offertur pro expiatione. peccati ipsius ꝛcfraudãtis. nõ solum enim peccauerat contra primum ipsum ꝛcfraudãdo sed etiam cõtra ꝛcum mandatum ipsius trãsgrediendo. ⁊ ideo sicut per restitutionem fiebat satisfactio domini: ita per oblationẽ arietis sacrificium ipsi ꝛco. ꝛc qua oblatiõe habetur Leuit. v. Secũdo agit ꝛc restitutione rei sacre. q; ꝑmitie ⁊ ꝛcdime q̃dãmodo inter res sacras cõputantur: quia ꝛcterminant per legẽ ꝛcteri ꝛci ministris. cum dicit: o Omnes quoq; primitie quas offerunt filij israel. i. offerre tenentur. ut habetur Exo. xxiij. p Ad sacerdotem pertinent. dixerat enim in Exo. q; ꝛcbebant offerri in domũ domini: ⁊ non ꝛcterminauerat scriptura cuius essent. ideo hic expressit q; sunt sacerdotis. ⁊ ideo si aliquid fuerit retentũ ꝛc eis ꝛcbet ei restitui. sequitur. q Et quicquid in sanctuario offertur a singulis. hoc non potest intelligi ꝛc omnibus oblatis generaliter: quia aliqua totaliter incendebantur ad honorem ꝛci. ut holocausta: ⁊ aliqua ꝑm partem: sicut hostie ꝓ peccato: cuius pars non incensa remanebat sacerdoti: ⁊ hostia pacifica: cuius vna pars incendebatur: ⁊ aliam comedebat offerens: ⁊ alia remanebat sacerdoti. ⁊ ideo dicendum q; intelligitur ꝛc ꝑmitijs que ꝛcbebant vari sacer-

in tabernaculo federis: erũtq; sub manu ithamar filij aaron sacerdotis. Recensuerunt igitur moyses ⁊ aaron: ⁊ principes synagoge filios caath per cognatiões ⁊ domos patrum suorum a triginta annis ⁊ supra vsq; ad annum quinquagesimum: omnes qui ingrediuntur ad ministerium tabernaculi federis: ⁊ inuenti sunt duo milia septingenti ꝗnquaginta. Hic est numerus populi caath qui intrãt tabernaculum federis. Hos numerauit moyses ⁊ aaron iuxta sermonem domini per manum moysi. Numerati sunt ⁊ filij gerson per cognationes ⁊ domos patrum suorum a triginta annis ⁊ supra vsq; ad quinquagesimum annum: omnes qui ingrediuntur ut ministrẽt in tabernaculo federis: ⁊ inuenti sunt duo milia sexcenti triginta. Hic est populus gersonitarum quos numerauerunt moyses ⁊ aaron iuxta verbum domini. Numerati sunt ⁊ filij merari per cognationes ⁊ domos patrum suorum a triginta annis ⁊ supra vsq; ad annum quinquagesimũ: omnes qui ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi federis: ⁊ inuenti sunt tria milia ducenti. Hic est numerus filiorum merari: quos recensuerunt moyses ⁊ aaron iuxta imperiũ domini per manum moysi. Omnes qui recensiti sunt ꝛc leuitis ⁊ quos recenseri fecit ad nomen: moyses ⁊ aaron ⁊ principes israel per cognationes ⁊ domos patrum suorum a triginta annis ⁊ supra vsq; ad annũ quinquagesimum: ingredientes ad ministeriũ tabernaculi ⁊ onera portanda: fuerũt simul octo milia quingẽti octoginta. Juxta verbum domini recensuit eos moyses vnũquemq; iuxta officium ⁊ onera sua: sicut preceperat ei dominus. V Locutusq; est dominus ad moysen dicẽs: Precipe filijs israel: ut eijciant ꝛc castris omnẽ leprosum ⁊ qui semine fluit: polutusq; est sup mortuo. Tam masculum ꝙ feminam eijcite ꝛc castris: ne contaminent ea cum habitauerint vobiscum. Feceruntq; ita filij israel: ⁊ eiecerunt eos extra castra sicut locutus erat dominus moysi. Locutusq; est dominus ad moysen dicens: Loquere ad filios israel: Uir siue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis que solẽt hominibus accidere: ⁊ per negligentiam transgressi fuerint mandatum domini atq; ꝛcliquerint: confitebuntur peccatum suum ⁊ reddent ipsum caput: quintamq; partem ꝛcsuper ei in quem peccauerunt. Sin autem nõ fuerit qui recipiat: da

votibus ex determinatione legis. ut habetur Deut.° xviij.° & ideo si aliquid erat detentum debebat ei restitui. Hñ in hebreo habetur: Que vir sanctificauit ei? erunt. id est sacerdotis: & intelliguntur sanctificata per determinationem legis: ut primitie. uel per votum: sicut si aliquis promisit dare aliquid ministris dei. a Et traditur manibus sacerdotis. per hoc intelligitur q̄ sacerdos non poterat talia accipere & tollere violenter de domibus dominorum: sed solum accipebat ab alijs sibi tradita. b Locutusq̄ est dñs. Hic cõsequenter amouetur suspitio adulterij quod turbat pacem inter virum & uxorem & per consequens totam familiam. Et primo circa hoc ponitur casus. secundo examinatio eius. ibi: Adducet eam. tertio effectus. ibi: Quas cum biberit. Circa primum dicit Rabi Sa. q̄ istud hic dictum de sacrificijs ẽlotipie immediate ponitur post illud quod dictum est de retentione p̄mitiarũ: ad designandum q̄ q̄ in hoc defraudat sacerdotem: meretur ut confusibiliter appareat coram sacerdote adducendo uxorem suam pro adulterij suspitione. & hoc est quod dicitur: Vir cuius uxor errauerit &c. & pater littera. c Adducet eam. Hic ponitur examinatio dicte suspitionis per sacrificium ẽlotipie. cum dicitur: & Offeret oblationem pro illa. scilz examinanda. e Decimam partem sati farine. non dicit simile: quia est farina delicatissima & purgatissima sicut in alijs sacrificijs: quia istud est vile. f Ordeacee. non triticee. eadem ratione. Adducit etiam Ra. Sa. aliam rationem: quia ordeum est pabulum iumenti: cui adultera assimilatur. g Non fundet super eam oleum: quia est fomentum luminis. adulteriũ autem fit in tenebris. scõm illud Job. xxiiij.° Oculus adulteri obseruat caliginem. h Nec ponet thus. quia figit deuotionem. ut dictum fuit Exo. xxx.° hoc autem sacrificium non offertur ex deuotione: sed ex suspitione adulterij. & hoc est quod subditur: Quia sacrificium ẽlotipie est. sequitur: i Et statuet coram domino. ad tentandum si ex terrore confiteretur adulterium & quia pro ea offerebat sacrificium. k Assumetq̄ aquam sanctam. Dicit Ra. Sa. q̄ vocatur sancta: eo q̄ accipiebatur de labro eneo de speculis mulierum deuotarum facto. Josephus autem dicit q̄ dicitur sancta: eo q̄ ibi diluebatur nomen domini tetragrãmaton scriptum in cedula. ut habetur infra. l Et pauxillum terre. eo q̄ istud sacrificium fiebat pro vili causa. m Discooperiet caput eius. ad maiorem confusionem ipsius: & ut ex hoc stupefacta recognosceret adulterium. n Et ponet super manus illius sacrificium recordationis. eo q̄ fiebat pro suspitione adulterij preteriti. o Ipse autem tenebit aquas amarissimas. non formaliter sed effectiue. quia effectum amaritudinis faciebant in muliere quando erat culpabilis. p In quibus cum execratione maledicta congessit. Ista congessio scõm Josephum non est aliud q̄ diluitio cedule predicte. ex cuius effectu sequebatur maledictio super mulierem quando erat culpabilis. scõm alios est imprecatio sacerdotis super mulierem q̄tum ad mala futura super eam: que infra exponuntur. q Si nõ dormiuit vir alienus tecum: & si non polluta es deserto mariti thoro: nõ te nocebunt aque iste amarissime in quas maledicta congessi. Sin autẽ declinasti a viro tuo atq̄ polluta es: & concubuisti cum altero viro: his maledictionibus subiacebis. Det̃ te dominus in maledictionem exemplũq̄ cunctor̄ in pp̃lo suo. Putrescere faciat femur tuum: & tumens uterus tuus dirũpat. Ingrediantur aque maledicte in uentrem tuũ: & uterus tumescens putrescat femur. Et respondebit mulier: Amẽ amen. Scribetq̄ sacerdos in libello ista maledicta: & delebit ea aq̄s amarissimis in q̄s maledicta congessit: & dabit ei bibere. Quas cum exhauserit: tollet sacerdos de manu ei? sacrificiũ ẽlotipie: & eleuabit illud coram dño: imponetq̄ sup altare: ita dũtaxat ut prius pugillum sacrificij tollat de eo q̄d offertur

bunt m domino & erit sacerdotis: excepto n ariete qui offertur pro expiatione: ut sit placabilis hostia. Omnes o quoq̄ primitie quas offerunt filij isr̃l ad p sacerdotẽ ptinẽt. & q quicquid in sanctuarium offertur a singulis & r traditur manibus sacerdotis: ipsi? erit. Locutusq̄ s est dñs ad moysen dicens: Loquere ad filios israel: & dices ad eos: Vir cuius uxor errauerit maritumq̄ contemnens dormierit cum altero viro: & hoc maritus deprehenderit non quiuerit sed lateat adulterium: & testibus argui non potest: quia nõ est inuenta in stupro: si spiritu ẽlotipie cõcitauerit virum contra uxorem suam: que uel polluta est uel falsa suspitione appetitur: adducet t eam ad sacerdotem: & offeret u oblationem pro illa decimam x partem sati farine ordeacee y. Non z fundet super eam oleum: nec? imponet thus q: sacrificiũ ẽlotipie ẽ: & oblatio inuestigans adulterium. Offeret igitur eam sacerdos & a statuet coram domino: assumetq̄ b aquam sanctam in uase fictili: & c pauxillum terre de pauimento tabernaculi mittet in eam. Cũq̄ steterit mulier in conspectu domini: discooperiet m caput eius: & n ponet super manus illius sacrificium recordatiõis & oblationem ẽlotipie. Ipse o autem tenebit aquas amarissimas: in quib? p cũ execratione maledicta congessit: adiurabitq̄ eam: & dicet: Si q non dormiuit vir alienus tecum: & si non polluta es deserto mariti thoro: nõ te nocebunt aque iste amarissime in quas maledicta congessi. Sin autẽ declinasti a viro tuo atq̄ polluta es: & concubuisti cum altero viro: his maledictionibus subiacebis. Det̃ te dominus in maledictionem exemplũq̄ cunctor̄ in pp̃lo suo. Putrescere r faciat femur tuum: & tumens uterus tuus dirũpat. Ingrediantur aque maledicte in uentrem tuũ: & uterus tumescens putrescat femur. Et s respondebit mulier: Amẽ amen. Scribetq̄ t sacerdos in libello ista maledicta: & delebit ea aq̄s amarissimis in q̄s maledicta congessit: & u dabit ei bibere. Quas cum exhauserit: tollet x sacerdos de manu ei? sacrificiũ ẽlotipie: & eleuabit illud coram dño: imponetq̄ sup altare: ita dũtaxat ut prius pugillum sacrificij tollat de eo q̄d offertur

exemplum: eo q̄ alie mulieres exemplo illius terrebuntur & formidabunt adulterari. s Putrescere faciat femur tuum. primo nominat ista pars corporis: quo primo cõmittitur adulterium. t Et tumens uterus tuus virum patur. quia in illa parte circa umbilicum in mulieribus viget luxuria: sicut dicit beatus Greg? . omel. xxij. quia viris luxuria in lumbis consistit: feminis in umbilico. testatur dominus &c. u Et respondebit mulier: amen amen. super se recipiens predictam adiurationẽ. & bis dr: amen. semel p pte inocẽtie & semel p pte culpe. x Scribetq̄ sacerdos i libello ista maledicta. scõm Josephum non scribebat nisi nomen domini tetragrãmaton: ex cui? virtute ueniebant super mulieres iste maledictiones. Scõm alios po scribebat istas maledictiones p̃out in textu sunt expresse tamen videtur magis credendum Josepho: qui talia sacrificia videre potuit & forte vidit. y Et dabit ei bibere. etiam violenter si nollet accipere. z Quas cum hauserit. Sciendum tamen q̄ iste haustus siue potatio mulieris non fiebat ante oblationem sacrificij: sed post. licz in odo contrario scribatur. quia non semper scribuntur gesta eodem ordine quo facta sunt. & sequitur: a Tollet sacerdos &c. hoc fiebat ante potationem. ideo sequitur postea: & sic potum bet mulieri.

a Quas cū biberit. hic ꝓnter ꝛscribit veritat; manifestatio ꝓ effectū sequentē. ⁊ ꝓ3lrā vsq; ibi: b Qz si polluta nō fuerit erit innoxia. qz aque ei nō nocebūt sed ꝓficiēt. ideo subdit: c Et faciet liberos. qz si fuerit añ sterilis fiebat fecūda. Dicūt etiā aliqui ꝛbrei ꝙ virtute illius aque cōcipiebat etiā absq; virili semine. ⁊ hoc erat vnū de miraculis ꝓmanentibus sicut dictū est de ꝛscensu manne. d Maritus absq; culpa erit. si illa languescat uel moriat. Ex hoc ꝓ3 ꝙ illa purgatio non erat illicita tpe ꝛ.te. Item qz fiebat ꝓ diuinū miraculū. ut ꝓ3 ex dictis qō tñ nō fit ad approbationē illicito ꝝ

e Lap. vj. Locutusq; est dñs. Postq; ꝛscripta ē ordinatio populi ꝑtum ad legem cōmunem. hic consequenter ꝛscribitur ordinatio �means obligationem ſpecialem. scilz naçareorum. ⁊ ponitur istud capitulum imediate post illa q; dicta sunt de mulie re adultera: qz ꝓ illam ꝑ's peiorat. sic ecōtrario ꝓ naçareos melioraf. ⁊ qz ꝓtraria iuxta se posita magis elucescūt. Sciendū tñ ꝙ votū naçareoꝝ in aliq; erat ꝑpetuū. ut in samsone ⁊ samuele ⁊ similibus in q̄bus p̄cessit figura religioſoꝝ no.te. in aliq; ꝙo erat tpale. ⁊ de istis hic agitur. Circa q̄ ꝓmo ꝛscribitur actus ꝓmissiōis secundo ritus ꝓfessionis. ibi: Omni tpe. tertio status pfectionis. ibi: Jsta est lex consecrationis. quarto modus benedictionis. ibi: Locutusq; est dñs. Circa ꝓmū dicitur:

f Vir siue mulier cū fe. vo. ut sanctificentur. i. diuino cultui ſpāliter applicenť ꝓ voto ⁊ oratione. g A vino ⁊ oi qō inebriare potest abstinebūt: qz talia ad peccata alia ꝛducūt ꝙm ꝙ dicitur. ꝓv. xx. Luxuriosa res vinum ⁊ tumultuosa ebrietas. h Acetū ex vi. ⁊ ex quali. alia ꝓ. In ꝛbreo habť: Ex q̄libet inebriatiuo. i Et quicqd de vua exprī. nō bi. etiā agrestā. ne ꝓ hoc appropinquarēt ad potationē vini. k Ab vua passa vsq; ad acinū. In ꝛbreo habť: A cortice vsq; ad granula: que sunt in medio granoꝝ vue: ⁊ ꝓ hoc intelligit ꝙ nihil de vua ꝓhibent ꝛbreant gustare. l Omni tpe. hic ꝓnť ponť ritus ꝓfessionis. ⁊ ꝓmo respectu ꝑsone ꝓprie. cum dicitur m Nouacula. nō trāsi. sup ca. ei⁹. Cui⁹ ratio ē ad ꝛtestandū cultū idolatrie vbi sacerdotes habebāt capita rasa: ꝝm ꝙ dicit Baruch. vj. Sacerdotes sedent habītes tunicas scissas: ⁊ capita ⁊ barbam rasam. ideo fuit ꝓceptū sacerdotibus ꝛteris legis ut non raderēt caput nec barbam. ut habť Leuit. xxj. ca. ⁊ eadem rōne naçareus nō radebaf tpe cōsecrationis sue: qz illo tpe erat ꝛputaf⁹ dño cultui: ut dictum est. secundo ꝛscribit ritus sue ꝓfessionis respectu aliorū. cum dicit: n Omni tpe conse. sue sup mortuū ⁊ incendat sup altare. ⁊ sic potū ꝛbet mulieri aquas amarissimas: Quas[o] cum biberit si polluta est ⁊ cōtempto viro adulterij rea: ꝓtransibūt eam aque maledictionis: ⁊ inflato ventre cōputrescet femur: eritq; mulier in maledictionē ⁊ in exemplū omni ꝑplo. Qz[p] si polluta non fuerit: erit innoxia: ⁊[q] faciet liberos. Jsta est lex ẓelotipie. Si ꝛclinauerit mulier a viro suo: ⁊ si polluta fuerit: ma ritusq; ẓelotipie ſpiritu concitatus adduxerit eā in cōſpectu dñi: ⁊ fecerit ei sacerdos iuxta omnia que ſcripta sunt: maritus[r] absq; culpa erit: ⁊ illa recipiet iniquitatē suam. VI

Locutusq;[s] est dñs ad moysen dicens: Loq; re ad filios israel: ⁊ dices ad eos. Vir[t] siue mulier cū fecerint votū ut sanctificenť: ⁊ se voluerint dño ꝓsecrare: a vino[u] ⁊ omni qō inebriare pōt: abstinebunt: Acetū[v] ex vino ⁊ ex qualibet alia potione: ⁊ q̄cq̄d ꝛbe vua exprimiť nō bibēt: vuas recētes siccasq; nō comedent: cunctis diebꝰ q̄bus ex voto dño ꝓsecranť. Quicquid ex vinea esse potest ab[w] vua passa vsq; ad acinum nō comedent. Omni[x] tpe sepationis sue nouacula[y] nō transibit sup caput eius vsq; ad cōpletū diem quo dño ꝓsecraf. Sanctꝰ erit crescēte cesarie capitis eius. Omni[z] tpe ꝓsecratiōis sue sup mortuū non ingredieť: nec sup patris quidē ⁊ matris ⁊ fratris sozoris q; funere cōtaminabiť: qz cōsecratio dei sui sup caput eiꝰ est: oibus diebꝰ sepatiōis sue sanctus erit dño. Si[a] aūt mortuus fuerit subito quispiā coram eo: polluet[b] caput ꝓsecrationis eiꝰ qd[c] radet illico ⁊ in eadem die[d] purgationis sue: ⁊ rursum septima. Jn octaua[e] autem die offeret duos turtures uel duos pullos colūbe sacerdoti in introitu federis testimonij: faciet q; sacerdos vnū ꝓ peccato ⁊ alterum in holocaustū: ⁊ ꝛpecabiť ꝓ eo: qz peccauit super mortuo: sanctificabit q; caput eius in die illo: ⁊[f] consecrabit domino die separatiōis illius offerens[g] agnum anniculū pro peccato: ita tamen ut dies priores irriti fiant: qm polluta est sanctificatio eius. Jsta[h] est lex ꝓsecratiōis. Cū[i] dies quos ex voto ꝛcreuerat cōplebunť: ad ducet eū ad ostiū tabernaculi federis: ⁊ offeret oblationem eius dño: agnum anniculum imaculatū in holocaustum: ⁊ ouem anniculā imaculatā ꝓ peccato: ⁊ arietem imaculatū

non ingre. qz idolatre in cultu suo vtebantur ossibus mortuoꝝ. ⁊ ideo sacerdotes minores qui ꝓ tempora certa ministrabant non ꝛtebant ingredi ad mortuos nisi valde ꝓpinquos. Sūmus autem sacerdos qui semper ꝛtebat esse paratus ad diuinum obsequium totaliter erat ſeparatus ab ingressu super mortuū, ut habetur. Leuit. xxj. ca. ⁊ eadem ratione naçareus tempore quo implebat votū suum. Alia etiam ratio assignatur scilz ne per affectionem ad ꝓpinquos mortuos mens eiꝰ a contemplatione dei retardaref uel impediref. o Si autem mortuꝰ fuerit subito quispiam coram eo. id est in eodē tabernaculo in quo manet: ut dicit Ra. Sa. p Polluetur caput consecrationis eius. eo ꝙ non habuit debitam diligentiam subtrahendi se. ⁊ etiam quia ꝛtet imputare peccatis suis talem casum imprudentem ipsum. q Quod radet illico. quia sicut ꝓmittitur. sanctus erit crescente casarie capitis eius. Et quia illud incrementum a tempore quo incepit votum vsq; tūc pollutum est ꝓpter casum superuenientem. ideo ꝓcipitur talis rasio. r Die purgationis sue. id est prima. inqua aspergebatur aqua lustrationis. ⁊ iterū septima: purgabat etiam per sacrificium. quod notatur cum dicitur: s In octaua autem die offeret duos turtures. ⁊ patet littera vsq; ibi: t Sanctificabit q; caput eius. id est disponet ad implendum votum. v Et consecrabit domino die separationis illius. quia in illis ꝛtebat esse intentus deuotioni ⁊ orationi ⁊ pijs operibus. x Offerens agnum anniculū. in memoriam illius agni per cuius īmolationem fuerunt liberati de seruitute egypti. y Jsta est lex. hic consequenter ꝛscribitur status ꝑfectionis q̄ consistit in complemento voti. qō notaf cum dicitur: z Cum dies ꝛē. adducet eum. id est seipsum. ut dicit Ra. Sa. uel adducet referetur ad sacerdotem qui faciet ꝛnire, naçareum ad tabernaculū federis: ut offeratur eius oblatio: ⁊ ponunť hic sacrificia de omni genere. s. ꝓ peccato: ⁊ in holocaustum: ⁊ hostia pacifica. Item oblatio de diuersis generibus panum: ad ostendendum ꝙ naçareus ꝛtet esse paratus in omnibus que sunt ad honoꝛ diuinū.

a Tunc radet naçare⁹. q⁹ crescentia capillo⁹ erat signū durationis voti. sicut dictū est: Crescente cesarie cē. ⁊ iō voto cōpleto radebat in signū qō licitū erat ei redire ad cōem modū viuendi sicut añ votū. b Ante ostiū. non sub diuo: sed in vna exedra atrij. c Tolletq; capillos eius ⁊ ponet sup ignem q̄ est sup/posit⁹ sacrificio pacifico⁹. cuius carnes coquebā/tur i chaldaria: ⁊ i igne suppositō illi⁹ chaldarie vo/nebant capilli. cetera patēt vsq; ibi: d Et fe/mur. ℔ erat spe/ciale i sacrificio naçarei: q̄ fe/mur hostie paci/fice dare⁹ sacer/doti. In alijs au/tem habebat trā/pectusculū ⁊ ar/mū dextrum. ut hr̄ Exo. xxix. ca. ⁊ Leuit. viij. e Post hec pōt bi/bere naça. vinū. i. redire ad mo/dū viuendi sicut añ votum. f Ista est lex naça/rei. que. s. data est. g Exceptis bis que inuene/rit manus eius. q. si naçare⁹ vel/let facere maio/ra sacrificia ⁊ ob/lationes q̄s sint illa que determi/nata sunt in lege ista: poterat ad/dere p̄m voluntatē suā ⁊ faculta/tē. ℔ determinañ i legendo pōt falcare. b Locutusq; ē dñs. Hic p̄mittit modus benedictiōis: q̄ lz fieret sup filios israel. specialiter tamen fiebat sup naçareos. ⁊ hec benedictio ipsius sacerdotis determinat cū dr: i Sic benedicetis cē. ⁊ ponunt ibi ser⁹ ordinē cū dicit: k Benedicat tibi dñs. grām iustificantem cōferendo. l Et custodiat te. a peccati recidiuo ⁊ grām datā cōtinuando. m Ostendat dñs faciem suam tibi. intellectū tuū in sui cognitione illuminando. n Et misereat tui. penā p̄ peccatis tuis preteritis relaxando. o Conuertat dñs vultum suū ad te. suas p̄solationes tibi imitrendo. p Et det tibi pacem. causas p̄turbationis auferendo. q Invocabuntq; nomē meū cē. p hoc ostenditur q̄ sacerdotes benedicebant p̄lm ministerialiter tm̄ verba benedictionis p̄ferendo. sed deus benedicebat. effectū benedictionis causando. r Cap̄. vij.

Actum est añ. Descripta ordinatione p̄tum ad coēm p̄lm: hic p̄mittit describit ordinatio p̄sidentium. Et describitur primo devotio principum. secundo pontificis officium. ca. viij. Primū ostenditur dupliciter. primo in oblatione partim combusta. secundo in oblatione singulariter facta. ibi: Igitur obtulerūt. Circa primū dicitur sic: Factum est autem in die qua cōpleuit moyses tabernaculū: ⁊ erexit illud cē. Occasione hui⁹ lrē dubiū est inter doctores de ordine istius hist̄orie. patet tm̄ q̄ ille oblationes facte fuerūt ante numerationes p̄lm supra positas licz posterius sint descripte. q. iste oblationes facte fuerūt in die erectionis tabernaculi: que facta fuit anno secūdo egressiōis de egypto mēse p̄mo: p̄ma die mēsis. ut habet Exo. ca⁹. vlt⁹. Numerationes autē predicte facte sunt eodem anno: mense secundo: prima die mensis. ut habetur in p̄ncipio hui⁹ libri. dicunt igitur aliqui q̄ prima die anni secundi in qua erectū est tabernaculum incepit consecratio altaris ⁊ sacerdotū. ⁊ duravit p̄ septem dies. octaua autem die inceperunt principes offerre. ⁊ duravit oblatio. xij. diebus. Sed hoc videtur contrariari textui qui dicit q̄ in die erectionis tabernaculi obtulerunt. que q̄dem erectio iam p̄cesserat. vij. diebus. Ideo alij dicunt q̄ a die erectionis tabernaculi incepit dicta oblatio ⁊ cōcurrebat cum consecratione sacerdotum. vij. diebus. Sed tunc occurrit difficultas: q̄ septem dieb⁹ p̄secrationis sacerdotum sol⁹ moyses faciebat sacerdotale officium. quia sacerdotes non poterant offerre licite donec eorum consecratio esset completa. in illis autem septem diebus fiebant plura circa sacerdotes ⁊ sacrificia. p̄cis. ut habet Exo. xxix. ⁊ Leuit. viij. Similiter in oblatione cuiuslibet p̄ncipis fiebant plures oblationes ⁊ sacrificabantur animalia. xxj. ut patz in textu ⁊ non videtur probabile q̄ solus moyses posset tot agere vna die. maxime continuando septem diebus. Ideo dicit Ra. Sa. q̄ duplex fuit erectio tabernaculi. vna quotidiana qua erigebatur mane ⁊ deponebatur vespere. alia stabilis que permanebat vsq; ad motionem castrorum. dicit ergo q̄ prima erectio facta fuit septem diebus vltimis anni primi egressionis de egypto. ⁊ in illis facta fuit consecratio sacerdotum ⁊ altaris in quibus solus moyses fecit sacerdotale officium. octaua aūt die que fuit p̄ma dies anni secundi facta est prima erectio stabilis ipsius tabernaculi. ⁊ extunc continuata. ⁊ illa die sacerdotes ceperunt ministrare ⁊ officium suum exercere simul cum moyse. ⁊ eadem die incepit oblatio p̄ncipum. ⁊ sic eadem dies fuit dies erectionis tabernaculi: loquendo de erectione stabili: ⁊ cōsecrationis sacerdotum q̄tum ad perfectionem eius. quia tunc ⁊ non ante potuerunt ministrare: ⁊ oblationis p̄ncipum q̄tum ad eius inchoationem. quia non poterat fieri vna die illa oblatio que fiebat successiue duodecim diebus qua compleuit moyses tabernaculum. licz enim beseleel ⁊ alij artifices compleuerint opus exequendo. moyses tamen eos docebat ⁊ dirigebat ad faciendū opus scōm exemplar q̄d in monte viderat. ⁊ ideo ei attribuitur completio tabernaculi sicut architectori. s Obtulerunt p̄ncipes. in oblatione ad opus tabernaculi fuerunt vltimi. ut habetur Exo. xxxv. ca. ⁊ ideo in dedicatione altaris tabernaculi festinauerunt ⁊ fuerunt primi. t Obtuleruntq; ea. id est plaustra. v In conspectu tabernaculi. moyses enim noluit recipere donec super hoc sciret voluntatem domini. ideo subditur: x Dixit autem dominus ad moysen: Suscipe

hostiam pacificā: canistrū q̄z panū azimo⁹ qui p̄spersi sunt oleo: ⁊ lagana absq; fermēto uncta oleo ac libamina singulorum: que offeret sacerdos coram dño: ⁊ faciet tam p̄ peccato q̄m in holocaustū. Arietem vo⁹ immolabit hostiā pacificam dño: offerens simul canistrum azimorum ⁊ libamenta que ex more debentur. Tunc⁶ radetur naçareus ante⁶ ostium tabernaculi federis cesarie p̄secrationis sue: tolletq; ⁶capillos ei⁹ ⁊ ponat sup ignem qui est sup/positus sacrificio pacifico⁹: ⁊ armū coctum arietis: tortāq; absq; fermento vnā de canistro: ⁊ laganum azimū vnum ⁊ tradet i manib⁹ naçarei p⁹q̄ rasum fuerit caput eius: susceptaq; rursum ab eo eleuabit in conspectu dñi: ⁊ sanctificata sacerdotis erūt: sicut pectusculum quod separari iussum est: ⁊ ⁹femur. Post⁶ hec poterit bibere naçareus vinū. Ista⁶ est lex naçarei cum vouerit oblationē suam dño p̄ter consecrationis sue: exceptis ⁶bis q̄ inuenerit man⁹ ei⁹. Juxta q̄d mēte vouerat: ita faciet ad p̄fectionem sanctificatiōis sue. Locutusq;⁹ est dñs ad moysen dicens: Loquere aaron ⁊ filijs eius. Sic⁴ benedicetis filijs isr̄l ⁊ dicetis eis: Benedicat⁵ tibi dñs: ⁊ ⁴custodiat te. Ostēdat⁵ dñs faciem suam tibi: ⁊ ⁵misereat tui. Convertat⁹ dñs vultū suum ad te: ⁊ ⁹det tibi pacem. Jnuocabunt⁹q; ⁹ nomen meū super filios isr̄l: ⁊ ego benedicam eis. VII

Actum⁷ est aūt in die qua cōpleuit moyses tabernaculum ⁊ erexit illud vnxitq; ⁊ sanctificauit cum oib⁹ vasis suis altare simili⁷ ⁊ oia vasa ei⁹: obtulerūt⁸ p̄ncipes isr̄l ⁊ capita familiarum que erant per singulas tribus p̄fecti eorum qui numerati fuerant munera coram domino sex plaustra tecta cum duodecim bobus. Unum plaustrum obtulere duo duces: ⁊ vnum bouem singuli: obtuleruntq;⁸ ea in ꝓspectu⁸ tabernaculi. Dixit⁸ aūt dominus ad moysen: Suscipe

a Juxta id quod habebant necessariū. gerſonite enim portabant mollia. ut dictum eſt .iiij. ca. 7 ideo eis ſufficiebāt duo plaustra. merarite autem portabāt dura que erāt magis ponderoſa. iō data ſūt eis q̄tuor plaustra. Caathitis aūt nō dedit plaustra. cuius ratio redditur cum dicit:

b Quia in ſanctuario ſeruiūt. 7 iō portabāt ea que erant intra tabernaculū q̄ erāt ſanctiora i humeris ſuis.

c Igit obtu. hic ꝑnē deſcriptio oblatio ꝓncipum ſingularē 7 ſucceſſiue facta. cū dicit: Obtulerunt duces. ſequit: d Aū altare. volebāt enī ſimul offerre que ſequūt. ſ moyſes noluit donec ſup ſ ſciret voluntatē dñi. iō ſubdit: e Dixitq̄ dñs ad moyſen ſinguli duces p ſingulos dies. voluit enī dñs q̄ offerrēt nō ſm ordinē natiuitatis. xij. capitū tribuū iſrl. ſed ſm ordinē vexilloꝝ 7 motiōis caſtroꝝ qui ō. poſitus eſt ij. ca. ideo ſubdit: f Primo die obtulit 7c. Jſtam aūt primitatē in vexillis 7 motionē caſtroꝝ ac etiā dignitatem regiam meruit tribus iuda: q̄ primo ſecuta eſt moyſen per mare rubrū. ut dictū fuit Exo. xiij. ca. g Acetabulū argenteū. In hebreo bī: Scutella argentea. Erat enī inſtrumentū vbi ꝓbabatur incenſum 7 ſi illa vtrū eſſent accepta 7 apta ad offerendū. b Phiala argentea. In hebreo bī: Bacinus argenteꝰ in q̄ ꝓbabantur liquida. i Mortariolū ex decem ſiclis dicunt aliqui q̄ ibi tenebat incenſum. Sed hoc nō videt ꝓbabiliē dictū. tum q̄ de tam parua quantitate auri non poſſet tale inſtrumentum fieri: tum q̄ non eſt veriſimile q̄ inſtrumētū vbi tenebatur incenſum eſſet pretioſioris materie ep̄ illa vaſa in quib ꝓbabanē offerēda. vū 7 i hebreo habet: Cochlear ex decē ab eis ut ſeruiant in miniſterio tabernaculi: 7 trades ea leuitis iuxta ordinē miniſterij ſui Jtaq̄ cum ſuſcepiſſet moyſes plaustra 7 boues: tradidit ea leuitis. Duo plaustra 7 quatuor boues dedit filijs gerſon: iuxta[a] id quod habebāt neceſſariū: q̄tuor alia plaustra 7 octo boues dedit filijs merari ſm officia 7 cultū ſuū: ſub manu ithamar filij aaron ſacerdotis. Filijs aūt caath nō dedit plaustra 7 boues: q̄[b] in ſanctuario ſeruiūt 7 onera ꝓpijs portant humeris. Jgit[c] obtulerūt duces in dedicationē altaris: die qua vnctū eſt: oblationē ſuam ante[d] altare. Dixitq̄[e] dñs ad moyſen: Singuli duces p ſingulos dies offerāt munera in dedicationē altarij. Primo[f] die obtulit oblationē ſuā naaſon filiꝰ āminadab de tribu iuda: fuerūtq̄ in ea acetabulū[g] argenteū: pondo centū triginta ſiclorū: phiala[h] argentea habens ſeptuaginta ſiclos iuxta pond' ſanctuarij: vtrūq̄ plenū ſimila ꝓſperſa oleo i ſacrificiū: mortariolū[i] ex decē ſiclis aureis plenū incenſo: bos[k] de armento 7[l] aries 7[m] agnus anniculus i holocauſtū: hircuſq̄[n] p peccato: 7 in ſacrificio pacificorum boues[o] duo: arietes[p] quinq̄: hirci[q] quinq̄: agni[r] anniculi q̄nq̄. Hec eſt oblatio naaſon filij āminadab. Secūdo die obtulit nathanael filius ſuar dux de tribu iſſachar acetabulū argenteū appendēs centū triginta ſiclos: phialam argenteā habentē ſeptuaginta ſiclos iuxta pondus ſanctuarij: vtrūq̄ plenū ſimila conſperſa oleo in ſacrificiū: mortariolū aureū habens decem ſiclos plenum incenſo: bouē de armento 7 arietem: 7 annū agniculū in holocauſtū hircūq̄ p peccato: 7 in ſacrificio pacificoꝝ boues duos: arietes quinq̄: hircos quinq̄: agnos anniculos q̄nq̄. Hec fuit oblatio nathanael filij ſuar. Tertio die princeps filioꝝ ẓabulon beliab filius helon obtulit acetabulū argenteū appendens centū triginta ſiclos: phialam argenteam habentē ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſcūarij: vtrūq̄ plenū ſimila ꝓſperſa oleo in ſacrificiū: mortariolū aureū appendens decē ſiclos plenū incenſo: bouē de armento 7 arietē 7 agnū anniculū in holocauſtū: hircūq̄ p peccato: 7 in ſacrificio pacificoꝝ boues duos: arietes q̄nq̄: hircos q̄nq̄: agnos anniculos q̄nq̄. Hec eſt oblatio beliab filij helon. Die q̄rto princeps filioꝝ ruben eliſur filius ſedeur obtulit acetabulū argenteū appendens centum triginta ſiclos: phialam argenteam habentē ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſcūarij: vtrūq̄ plenū ſimila ꝓſperſa oleo in ſacrificiū: mortariolū aureū appendens decem ſiclos plenū incenſo: bouem de armento 7 arietem 7 agnū anniculum in holocauſtum: hircūq̄ p peccato: 7 in ſacrificio pacificoꝝ boues duos: arietes quinq̄: hircos quinq̄: agnos anniculos quinq̄. Hec fuit oblatio eliſur filij ſedeur. Die quinto princeps filioꝝ ſymeon ſalamiel filius ſuriſaddai obtulit acetabulum argenteū appendens centū triginta ſiclos: phialam argenteā habentē ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij: vtrūq̄ plenū ſimila cōſperſa oleo i ſacrificiū: mortariolū aureū appendens decem ſiclos plenū incenſo: bouem de armento 7 arietē 7 agnū anniculum in holocauſtum: hircūq̄ pro peccato: 7 in hoſtias pacificorum boues duos: arietes q̄nq̄: hircos q̄nq̄: agnos anniculos quinq̄. Hec fuit oblatio ſalamiel filij ſuriſaddai. Die ſexto princeps filiorum gad beliaſaph filius duel obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos: phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij: vtrūq̄ plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificiū: mortariolū aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo: bouē de armento 7 arietē 7 agnum anniculum in holocauſtum: hircūq̄ pro peccato: 7 in hoſtias ſiclis aureis 7c. cū q̄ ponebat incenſū vel thymiama in thuribulo ad concremādum coꝝ deo in altari incenſi. k Bouem de armēto. in memoriā ipſius ioſeph qui vocabat primogenitus taurus. Deut. xxxiij l Et arietē. in memoriam iſaac ꝓ quo fuit aries immolatus: Gen. xxij. m Et agnū anniculū. in memoriā agni paſcalis. n Hircūq̄ ꝓ peccato. ad expiandum peccatum ſeditiōis ioſeph in qua fuit ded' occiſus: Gen. xxxvij. vel q̄ eſt animal feridum ideo offerebatur ꝓ peccato quod feret coꝝ dño. o Boues duos. ad ſignandū duas tabulas teſtimonij. p Arietes q̄nq̄. ad ſignandū quinq̄ precepta i vna tabula ſcripta. q Hircos q̄nq̄. ad ſignādum alia q̄nq̄ precepta ſcripta in alia tabula. 7 hoc ſm opinionem hebreorum qui dicunt precepta quinq̄ ſcripta fuiſſe in qualibet tabula: ut dictū fuit Exo. xxxij. r Agnos anniculos quinq̄. ad denotandum quinq̄ libros legis. Eodem modo exponende ſunt oblationes .xj. principum ſequentium. Et ſic patet littera vſq̄ verſus finem capituli vbi dicitur: In die 7c.

pacificoꝝ boues duos: arietes q̃ncꝫ: hircos q̃ncꝫ: agnos anniculos q̃ncꝫ. Hec fuit oblatio heliasaph filij duel. Die septimo p̃nceps filioꝝ ephraī elisama filij ãmiud: obtulit acetabulū argenteū appendẽs cẽtū triginta siclos: phialã argenteam habentẽ septuaginta siclos ad pondus sanctuarij: vtrūcꝫ plenū simila ꝑsersa oleo in sacrificiū: mortariolū aureū appẽdẽs decẽ siclos plenū incẽso: bouẽ de armẽto ⁊ arietẽ ⁊ agnū anniculū in holocaustū: hircū ꝓ peccato: ⁊ in hostias pacificoꝝ boues duos: arietes q̃ncꝫ hircos quincꝫ: agnos anniculos quincꝫ. Hec fuit oblatio elisama filij ãmiud. Die octauo p̃nceps filioꝝ manasse gamaliel filij phadassiur: obtulit acetabulū argenteū appendẽs centū triginta siclos: phialam argenteã habentẽ septuagínta siclos ad pondus sanctuarij vtrūcꝫ plenū simila consꝑsa oleo in sacrificiū: mortariolū aureum appendens decẽ siclos plenū incenso: bouẽ de armento: ⁊ arietem: ⁊ agnū anniculum in holocaustū: hircūcꝫ ꝓ peccato: ⁊ in hostias pacificorum boues duos: arietes q̃ncꝫ hircos quincꝫ: agnos anniculos q̃ncꝫ. Hec fuit oblatio gamaliel: filij phadassiur. Die nono p̃nceps filiorum beniamin abidan filius gedeonis obtulit acetabulū argenteū appendens centū triginta siclos: phialam argenteã habentẽ septuaginta siclos ad pond⁹ sanctuarij: vtrūcꝫ plenum simila cõsꝑsa oleo in sacrificium: mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso: bouem de armento ⁊ arietem ⁊ agnum anniculum in holocaustum: hircumcꝫ ꝓ peccato: ⁊ in hostias pacificoꝝ boues duos: arietes quincꝫ: hircos quincꝫ: agnos anniculos quincꝫ. Hec fuit oblatio abidan filij gedeonis. Die decimo p̃nceps filioꝝ dan abiezer filij amisaddai obtulit acetabulum argenteū appendens centū triginta siclos: phialam argenteam habentẽ septuaginta siclos ad pondus sanctuarij: vtrūcꝫ plenū simila consꝑsa oleo in sacrificiū: mortariolū aureū appẽdẽs decẽ siclos plenū incẽso: bouẽ de armẽto ⁊ arietẽ ⁊ agnū anniculū: hircūcꝫ ꝓ peccato: ⁊ in hostias pacificoꝝ boues duos: arietes q̃ncꝫ hircos quincꝫ: agnos anniculos quincꝫ. Hec fuit oblatio abiezer filij amisaddai. Die vndecimo p̃nceps filioꝝ aser phegiel filij ochran obtulit acetabulū argenteum appendẽs centū triginta siclos phialam argenteã habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij: vtrūcꝫ plenū simila ꝑsersa oleo in sacrificium: mortariolū aureū appendens decẽ siclos plenū incẽso: bouẽ de armẽto ⁊ arietẽ ⁊ agnū anniculū in holocaustū: hircūcꝫ ꝓ pctō: ⁊ in hostias pacificorū boues duos: arietes q̃ncꝫ hircos quincꝫ: agnos anniculos quincꝫ. Hec fuit oblatio phegiel filij ochran. Die duodecimo p̃nceps filiorum neptalim abira filius henan: obtulit acetabulum argenteum appendẽs centum triginta siclos: phialam argenteam habẽtem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij: vtrūcꝫ plenū simila consꝑsa oleo in sacrificiū: mortariolum aureū appendens decem siclos plenum incenso: bouem de armento ⁊ arietem ⁊ agnum anniculum in holocaustum: hircumcꝫ ꝓ peccato. ⁊ in hostias pacificoꝝ boues duos: arietes quincꝫ: hircos quincꝫ: agnos ãniculos q̃ncꝫ. Hec fuit oblatio abira filij henan. Hec in dedicatione altaris oblata sunt a principibus israel in die [a] qua consecratum ē: acetabula argentea duodecim: phiale argentee duodecim: mortariola aurea duodecim: ita ut centum triginta argenti sicli haberet vnum acetabulū: ⁊ septuaginta siclos vna phiala. id ē in cõe vasoꝝ oĩũ ex argento: sicli duo milia quadringenti pondere sanctuarij: mortariola aurea duodecim plena incẽso: decem siclos appẽdentia pondere sanctuarij

a In die qua consecratum est. non q̃ ille oblationes omnes facte sint illa die: sed q̃ tunc ĩceperant fieri.

a Cũq; ingrederet moyses tabernaculũ ⁊c. dicit Ra. Sa. q; statim in ingressu tabernaculi audiebat vocem dñi ꝙsi egredientem de ꝓpitiatorio qđ erat intra sanctũ sanctoꝝ i posteriori pte tabernaculi. ⁊ hꝫ vox illa erat fortis ⁊ magna. sm q; dr̃ ps. xxviij. Vox dñi in ꝑtute. vox dñi in magnificentia: tñ nõ audiebatur extra tabernaculum.

b Lap. viij. Locutusq; est dñs. Hic ꝓsequent agit de pontificis officio. ⁊ p̃ q̃tũ ad lucernarũ cõpositionẽ. 2° quo ad leuitaꝝ ordinationẽ. ibi: Locutusq; est dñs. 3° quo ad phase celebrationẽ. ca. ix. Circa ꝑmũ dr̃: c Loquere ad aaron ⁊c. hꝫ hic solus aaron exp̃mat: tñ officiũ cõpositiõis lucernaꝝ poterat facere nõ solũ p se ꝫ etiã ꝑ filios suos qui erãt minores sacerdotes. ut hr̃ Exo. xxvij. d In australi pte. s. tabernaculi. e Ut lucerne cõtra vultũ reã ⁊c.] Sicut ꝑmittur luminaria coram mensis ꝓncipũ. f Cõtra eam ptẽ ⁊c.] q; sic erãt dispsita lychna sex lucernarũ ex vtraq; pte lucerne medie: q; emitterẽt lumẽ suum versus illã ptem ut dictũ fuit Exo. xxv. vbi cetera q̃ hic dicũt de candelabro exposita sunt. g Et locut⁹ ẽ dñs. Hic describit ordinatio leuitarũ que pertinebat ad pontificis officiũ. ⁊ p̃ quit eoꝝ ordinatio. 2° officioꝝ exercitio. ibi: Locutusq; ẽ dñs. Circa ꝑmũ p̃ ponit ꝓceptũ dñi. 2° implerio mãdati. ibi: Fecerũtq;. Adhuc circa ꝑmũ ꝑmo ꝓcipit leuitarũ ordinatio. 2° subdit hui⁹ mandati rõ. ibi: Statuesq;. Circa ꝑmũ dr̃: h Tolle leuitas de medio filioꝝ israel. ut sint ꝛputati dño cultui. i Et purificabis eos iuxta ritũ hũc. i q̃ ritu quatuor cõtinent. Primũ ẽ aspsio eoꝝ aqua lustrationis. cum dicit: k Aspgant ⁊c. in hac aũt aqua ponebant cineres vacce eõbuste. ut hr̃. J. xix. ca. que ordinata erat ad purgationẽ pollutoꝝ ex tactu mortui uel alteri⁹ immundicie: ꝙ quã nõ poterat sic pollutus ingredi atriũ tabernaculi donec esset mundatus. ⁊ ideo tales immundicie erant quasi quedã irregularitates. ꝓhibentes accessum ad diuina. ꝙ qđ dicebat aqua lustratiõis. i. purgationis. ⁊ inde dicit lustrũ qđ est spaciũ q̃q; annoꝝ. q; in quolibet q̃quennio romani faciebãt purgationem vrbis. sic igitur ꝑmo leuite aspgebant ad tollendũ irregularitates predictas. secũdũ est q; radebant. ⁊ tangit cũ dr̃: l Et radant omnes pilos carnis sue. ut essent mundiores coꝛpe. Aliã etiã rõnem assignat Ra. Moy. dicẽs q; leuite ꝛputabant dicid est sik auri sicli centũ viginti: boues de armento in holocaustum duodecim: arietes duodecim: agni anniculi duodecim: ⁊ libamenta eoꝝ: hirci duodecim ꝓ peccto in hostias pacificorum: boues viginti quatuor: arietes. lx. hirci. lx. agni anniculi lx. Hec oblata sunt in dedicatione altaris qñ unctũ ẽ. Cũq; m ingrederet moyses tabernaculũ federis ut cõsuleret oraculũ: audiebat vocem loquentis ad se de ꝓpitiatorio: qđ erat super archam testimonij inter duos cherubin: vnde ⁊ loquebat ei.

Locutusq; n est VIII dñs ad moysen dicẽs: o Loquere ad aaron: ⁊ dices ad eũ: Cũ posueri̇s septẽ lucernas: candelabr̃ in australi p pte erigatur. Hoc igit̃ precipe ut lucerne ꝓra boreã eregione respiciãt ad mensam.] panũ ꝓpositionis: contra eam ptẽ quã candelabr̃ respicit: lucere debẽbũt.] Fecitq; aaron ⁊ imposuit lucernas sup candelabr̃ ut ꝓcepat dñs moysi. Hec autem erat factura candelabri: ex auro ductili tam medi⁹ stipes q̃ cũcta que ex vtroq; calamorũ latere nascebant. Juxta exemplũ qđ ondit dñs moysi: ita operatus est candelabr̃. Et locutus est dñs ad moysen dicẽs: p Tolle leuitas de medio filioꝝ israel. ⁊ purificabis eos iuxta hũc ritũ. Aspergãt aq̃ lustratiõis ⁊ radant oẽs pilos carnis sue Cũq; lauerint vestimenta sua ⁊ mundati fuerint: tollent bouem de armentis ⁊ libamentũ eius: similam oleo ꝓspsam: bouem autem alterũ de armento accipies ꝓ peccato: ⁊ r applicabis leuitas coram tabernaculo federis: cõuocata omni multitudine filioꝝ israel. Cũq; leuite fuerint coram dño: ponent filij israel manus suas sup eos: ⁊ offeret aaron leuitas mun⁹ in ꝓspectu dñi a filijs israel: ut seruiant i ministerio eius. Leuite quoq; ponent manus suas sup capita boum: e quib⁹ vnũ facies ꝓ peccato: ⁊ altꝛe in holocaustũ dñi: ut depreceris pro eis. Statuesq; leuitas in conspectu aaron ⁊ filioꝝ eius: ⁊ cõsecrabis oblatos dño: ac sepabis de medio filioꝝ israel ut sint mei: ⁊ postea ingrediant tabernaculũ federis ut seruiãt mihi Sicq; purificabis ⁊ ꝓsecrabis eos in oblationẽ dñi: qm̃ dono donati sũt mihi a filijs israel. Pro primogenitis que aperiũt omnem vuluam in israel: accepi eos. Mea sunt enĩ omnia primogenita filioꝝ israel: tam ex hominibus q̃ ex iumentis: Ex die quo percussi omne primogenitũ in terra egypti: sanctificaui eos mihi: ⁊ tuli leuitas ꝓ cunctis ꝓmogenit̃ filioꝝ israel: tradidiq; eos dono aaron ⁊ filijs eius de medio ꝓpli: ut seruiãt mihi pro israel in tabernaculo federis: ⁊ orent pro eis ne sit in ꝓplo plaga: si ausi fuerint accedere ad sanctuari.

uino cultui ꝓ primogenitis aliarum tribuum. ut dictum est supra. iij. ca. qui fuerant polluti in idolatria vituli. ⁊ quia idolatria est lepra spiritualis. ideo in purgatione leuitarum qui deo reputabantur pro idolatris radebantur pili carnis eorum: sicut fiebat in emundatione leprosorum. ut habetur Leuit. xiij. ca. 3° lauabãtur eorum vestimenta ad maiorem mundiciam: qđ notatur cum dicitur: Cũq; laueriut vestimenta ⁊c. 4° pro eis offerebant sacrificia. qđ notatur cũ dicitur: Tollant bouem ⁊c. ⁊ sequitur: m Bouem autem alterum de armento accipies pro peccato. ad expiãdũ peccatum vituli. n Et applicabis leuitas coram tabernaculo. quia ibi veniebant illi ꝓ quibus offerebatur oblatio. o Conuocata oi multitudine filiorum israel. q; leuite tradebantur domino pro ꝓmogenit̃ aliarum tribuum: ⁊ ideo ipsi leuite erant quedã oblatio deo facta a tota multitudine. p Ponent filij israel man⁹ super eos. quia offerens debebat ponere manum super oblationem suam. ut patet in leuitico. q Et offeret aaron leuitas. sicut erant sibi ad deo traditi a multitudine. r Leuite q; ponent manus suas super capita boum. quia erant sacrificia ipsorum. s Statuesq;. hic subditur ratio dicti mandati. ad deo enim de mãdato domini ordinabantur: ut seruirent sacerdotibus in cultu diuino: qui cultus ante legem datam pertinebat ad primogenitos israel: qui erant ipsi deo obligati: ex quo percussit primogenitos egypti ⁊ ipsos saluauit. ut habetur Exo. xij. sed quia primogeniti aliarum tribuum facti sunt inepti ad cultum dei. ut dictum est: ideo dominus loco illorum voluit leuitas ordinari ad cultum suum: ⁊ hoc est quod dicitur: t Ex die quo percussi omne primogenitum in terra egypti sanctificani eos mihi. id est primogenitos israel. v Et tuli leuitas. reputando mihi ꝓ cunctis ꝓmogenitis filioꝝ israel. Cetera patẽt ex dictis.

lustrum

Sicut locutus est dñs seruis suis ita faciemus. Ipsi armati ꝑgemus coꝝ dño in terrā chanaan: ⁊ possessionē iam suscepisse nos cōfitemur trāsiordanē. Dedit itaq; moyses filijs gad ⁊ ruben ⁊ dimidie tribui manasse filij ioseph regnum seon regis ammorrei: ⁊ regnū og regis basan. ⁊ terrā eorum cum vrbibus suis per circuitū. Igitur extruxerūt filij gad dibon ⁊ astaroth ⁊ aroer ⁊ roth ⁊ sophan ⁊ iaçeriecbaa ⁊ bethnemra ⁊ bethbaran vrbes munitas: ⁊ caulas pecorib⁹ suis. Filij vero ruben edificauerūt esebon ⁊ eleale ⁊ cariathaim ⁊ nabo ⁊ baalmeon versis nominibus: sabama quoq; imponētes vocabula vrbib⁹ quas extruxerāt. Porro filij machir filij manasse perrexerunt in galaad: ⁊ vastauerūt eam interfecto ammorreo habitatore ei⁹. Dedit ergo moyses terram galaad machir filio manasse: qui habitauit in ea. Jair autem filius manasse abijt ⁊ occupauit vicos eius: quos appellauit auothiair. i. villas iair. Nobe quoq; perrexit ⁊ apprehendit chanath cū viculis suis: vocauitq; eam ex nomine suo nobe.

E sūt manſiones filiorum israel qui egressi sunt de egypto per turmas suas in manu moysi ⁊ aaron: quas descripsit moyses iuxta castrorum loca q; dñi iussione mutabant. Profecti igitur de rameſſe mense primo quintadecima die mēsis primi: altera die phase filij israel in manu excelsa videntibus cunctis egyptijs ⁊ sepelientib⁹ ꝓmogenitos quos percusserat dñs. Nam in dijs eox exercuerat vltionem. Castrametati sūt in socboth: de socboth venerunt in etham que est in extremis finib⁹ solitudinis. Inde egressi venerūt contra phairoth q; respicit belsephon: ⁊ castrametati sūt ante magdalum. Profectiq; de phairoth transierunt per medium mare in solitudinem: ⁊ ambulantes tribus diebus per desertū etham castrametati sūt in mara. Profectiq; de mara: venerūt in helim vbi erant duodecim fontes aquarū ⁊ palme septuaginta: ibiq; castrametati sunt. Sed ⁊ inde egressi: fixerūt tentoria super mare rubrū. Profectiq; de mari rubro: castrametati sunt in deserto syn: vnde egressi venerūt i deptha. Profectiq; de deptha castrametati sunt in balus: egressiq; de balus: in raphidim fixere tentoria: vbi populo defuit aqua ad bibēdū. Profectiq; de raphidim: castrametati sunt in deserto synai. Sed ⁊ de solitudine synai egressi: venerunt ad sepulchra concupiscentie. Profecti de sepulchris concupiscentie castrametati sūt in asseroth: ⁊ de asseroth venerūt i rethma. Profectiq; de rethma: castrametati

Profecti igitur de rameſſe. hic ē locꝰ vnde ꝓmo recesserūt. g Mense ꝓmo. s. Martio. h Quintadecima die mēsis. i mane illius diei recesserit: ut dictū fuit Exo. xij. i Altera die phase. i. in crastino immolatiōis agni paschalis: quem immolauerāt die ꝓcedenti. s. q̄rtadecima die mensis ꝓmi ad vesperā: ut dr ibidem. Alicq; autē libri sic habēt: Altera die fecerunt phase. sed li fecerūt nō ē i hebreo nec i libris correctis: nec mirum qz nō ē de textu ꝙ puertit sm̄ aut saltē obscurat eam: qz videt sonare q; filij israel fecerūt phase p⁹ exitū de rameſſe qō nō ē verū. sed ante: ut dictū ē. k Filij israel. b refertur ad illud qō ꝓdicit: Profecti igit de rameſſe. qz media nocte interfecti sunt a deo ꝓmogeniti egyptiorū ꝓpe qō egyptij cōpellebāt filios israel exire de era. ⁊ sic recesserūt in mane de rameſſe. l In ma. excel. i. i protestate diuina. m Hā ⁊ i dijs eo. ex. vlti. tunc

fecti igitur de rameſſe mense primo quintadecima die mēsis primi: altera die phase filij israel in manu excelsa videntibus cunctis egyptijs ⁊ sepelientib⁹ ꝓmogenitos quos percusserat dñs. Nam in dijs eox exercuerat vltionem. Castrametati sūt in socboth: de socboth venerunt in etham que est in extremis finib⁹ solitudinis. Inde egressi venerūt contra phairoth q; respicit belsephon: ⁊ castrametati sūt ante magdalum. Profectiq; de phairoth transierunt per medium mare in solitudinem: ⁊ ambulantes tribus diebus per desertū etham castrametati sūt in mara. Profectiq; de mara: venerūt in helim vbi erant duodecim fontes aquarū ⁊ palme septuaginta: ibiq; castrametati sunt. Sed ⁊ inde egressi: fixerūt tentoria super mare rubrū. Profectiq; de mari rubro: castrametati sunt in deserto syn: vnde egressi venerūt i deptha. Profectiq; de deptha castrametati sunt in balus: egressiq; de balus: in raphidim fixere tentoria: vbi populo defuit aqua ad bibēdū. Profectiq; de raphidim: castrametati sunt in deserto synai. Sed ⁊ de solitudine synai egressi: venerunt ad sepulchra concupiscentie. Profecti de sepulchris concupiscentie castrametati sūt in asseroth: ⁊ de asseroth venerūt i rethma. Profectiq; de rethma: castrametati

merū ⁊ ordinē māsionū ab exitu de egypto vsq; ad iordanē ⁊ diuidit in tres ptes sm̄ tria notabilia loca vnde castra mouerūt. s. rameſſes. mōs synai ⁊ cades. 2⁰ incipit ibi: Sz ⁊ de solitudine synai egressi. 3⁰ ibi: Egressiq; de cades. In ꝑma parte continent. xij. mansiones q̄ sic enumerant. f

enī idola egypti corruerūt ⁊ cōminuta sūt. n Castra. sūt in socboth. ista fuit ꝑma māsio ⁊ p⁹ ista enumerant. xj. vsq; ad mōtē synai: vbi fuit. xij. mansio. ⁊ pz lra vsq; ibi: o Fixerūt ten. semp ma. rubꝝ. istud nō videt ve: qz ia aū mare rubꝝ trāsierāt: ⁊ ab eo se elōgauerāt ꝑ plures mansiōes. Ad qō dicēdū q; mare rubꝝ frequenter hz sin⁹ magnos vbi pl⁹ itrat terrā: ⁊ sic factū ē: qz postq; filij israel trāsito mari rubro ābulauerāt ꝑ desertū: venerūt sup vnū sinū maris rubri vbi fixerūt tētoria. p In raphi. fixe. tē. vbi ꝑpo defuit aq̄ ⁊c. put dr Exo. xvij. q Sz ⁊ de solitudine. b ꝑsē enumerāt mānsiōes a mōte synai exclusive vsq; ad cades iclusive: ⁊ sūt māsiones xxj. r Vene. ad sepul. cōcupis. sic enī vocatus est locus ille: qz ibi sepultus est populus qui desideraverat carnes: ut dictū est ō. xj. ca. Cetera patēt i lrā.

a Egressiq̃ de cades. Hic describunt mansiones a cades vsq; ad iordanem exclusiue: ⁊ sunt nouē mansiones. b Castrametati sunt in monte hor. ista est prima post egressum de cades. c Ascenditq; aaron ⁊c. ⁊ ibi mortuus ē. sicut dictum fuit supra. xx. ca. Dicunt tamen aliqui ipsum mortuum fuisse in moseroth: sic dictū fuit ibidē. d Audiuitq; chananeus. scilz mortē aaron ⁊ aduentū filiorū israel: ⁊ ex morte aaron que acciderat fuit audacior ad inuadendū filios isrl̄ q; credebat diuinū adiutoriū ab eis elongatū: eo q; aaron qui orabat pro populo ⁊ offerebat sacrificia mortuus erat. e Venerūt in ieabarim. In hebreo habet: In ije abarim. i. in solitudinibus abarim Est enī abarim nomē mōtis iuxq̃ quē sūt solitudines in quib⁹ fixerūt tētoria. f Supra iordanē ⁊ iericho. ita q; iordanis fluui⁹ erat inter exercitū filiorū israel ⁊ iericho que ē ciuitas terre p̄missionis. g Jbiq; castra, sūt de bethsimō vsq; ad belsatbim. i ⁊ ostendit quātū spacium tenebat exercit⁹ scilz de vno istoz locoz vsq; ad aliū. Dicit aūt Ra. Sa. q; sūt ibi. xij. miliaria: sed non ē vīsimile q; exercit⁹ tātū spaciū occuparet: maxime quia castra erant situata in quadro circa tabernaculum: ut dictū fuit ꝯ. iij. ca. b Ubi locut⁹ est dñs ad moysen. illa que sequunt in isto libro. ⁊ Deut⁰. q̃tum ad magnā partem. In Deut⁰. enim multa replicant que fuerant antea sibi dicta a dño. Sciendū aut̄ q; p̄dicte mānsiones in vniuerso fuerūt xlij. quarū filij israel fecerunt. xviij. primo anno egressionis sue de egypto: ⁊ in principio secundi anni. s. vsq; ad locum vnde missi fuerunt exploratores: itē octo fecerunt. xl. anno. s. a monte hor exclusiue vsq; ad iordanem. ⁊ sic patet q; tempore intermedio quod fuit fere. xxxviij. annoz filij isrl̄ fecerūt tm̄ viginti mansiones. ex quo patet q; dictū fuerit supra. xviij. ca. q; filij israel essent vagi per desertū toto illo tempore: non tm̄ sic est intelligendū q; essent quasi sic in continuo motu de loco ad locū. sed aliquando in vno loco p̄ diu manebant in vno loco q̃ diu nubes stabat super tabernaculum. i

Cap. xxxiij.

Recipe filijs israel. Supra descriptus est status populi in itinere procedētis: hic cōsequenter describitur status eius ad terminum accedētis. vbi p̄mo p̄cipit idolatrie destructio. secūdo describit terre. p̄missionis limitatio. ibi: Locutusq; est. tertio terre limitate distributio. ibi: Precepitq; moyses. Circa p̄mū dicitur: Precipe filijs isrl̄. auctoritate mea ut sint ad hoc firmiter obligati. Quādo trāsieritis iordanē. sequitur. k Disperdite cunctos habitatores terre illi⁹. Jn tātū enī multiplicate erāt iniq̃tates eoz q; sententia mortis erat a deo data sup eos p̄m q; p̄dictū fuerat abrahā Gen. xv. ca. nōdū enī cōplete sūt iniq̃tates āmoreoz. q. dañ implebūtur tūc occident ⁊ filij tui possidebūt terram. l Confringite titulos. i. aras. m Et statuas cōminuite. i. idola q̃ erāt sup altaria. n Atq; oia excelsa vastate. q; i mōtib⁹ altis fiebāt edificia ⁊ plātabant arbores ad idolatriā exercendā: ⁊ oia talia p̄cipiunt destrui ut tollere idolatria ⁊ memoria ei⁹ de terra illa que erat reputata a cultoribus vni⁹ veri dei. o Quā diui. sorte ⁊c. B ē expositū ꝯ. xxvj. ca. Si aūt nolueritis. sequit p Erūt vobis quasi claui in oculis ⁊c. i. mortales aduersarij. q Et quicq̃d illis cogitauerā facere. morte inferēdo. r Vobis faciā. eo q; nolueritis exercere iusticiā meā. s Locutusq; ē dñs Hic describit terre. p̄missionis limitatio. Cui⁹ vna rō fuit. q; aliq̃ erāt p̄cepta in lege q̃ obligabāt tm̄ in terra illa: ⁊ aliqua etiā q; nō poterāt fieri extra. sic edificatio tēpli ⁊ oblatio sacrificij. ⁊ iō debuerūt limites hui⁹ ꝛre determinari. ⁊ p̄mo determinat ē min⁹ partē meridionalis. cū dī: Pars meridiana incipiet ⁊c. t Et ha. ter. ꝯ ozi. ma. sal. i. mare mortuū: q; ē ita spissū ⁊ salsū q; nō ē nauigabile: neq; pisces p̃nt ibi viuere ut dic̄ plꝰ. ij. metauro q.

sūt i remomphares: vñ egressi venerūt in lebna. De lebna castrametati sūt i ressa: egressiq; de ressa venerunt in ceelatha. Unde p̄fecti castrametati sūt in monte sepher: egressi de mōte sepher venerūt in arada. Jnde proficiscentes: castrametati sunt in maceloth. Profectiq; de maceloth: venerunt in thaath. De thaath castrametati sunt in thare: vnde egressi fixere tentoria in metcha: ⁊ de metcha castrametati sunt in esmona. Profectiq; de esmona: venerunt in moseroth: ⁊ de moseroth castrametati sunt in baneiachan. Profectiq; de baneiachan: venerūt in montē gadgad. Unde p̄fecti castrametati sunt in iethebatha: ⁊ de iethebatha venerunt in ebrona. Egressiq; de ebrona castrametati sunt in asiongaber: inde p̄fecti venerunt in desertum syn: hec est cades. Egressiq; de cades castrametati sunt in monte hor: in extremis finib⁹ terre edom. Ascēditq; aaron sacerdos in mōtē hor iubente dño: ⁊ ibi mortuus ē anno q̃dragesimo egressionis filiorum israel ex egypto mense quinto: p̄mo die mensis cum esset annorum centū vigintitriū. Audiuitq; chananeus rex arad qui habitabat ad meridiem: in terram chanaan venisse filios isrl̄. Et profecti de monte hor: castrametati sunt in salmona: vnde egressi venerunt in phinon. Profectiq; de phinon: castrametati sūt in oboth ⁊ de oboth venerunt in ieabarim: que est in finibus moabitarum. Profectiq; de ieabarim: fixere tentoria in dibongad: vnde egressi castrametati sunt in elmondeblathaim. Egressiq; de elmondeblathaim: venerunt ad montes abarim contra nabo. Profectiq; de montibus abarim transierunt ad campestria moab supra iordanem contra biericho. Jbiq; castrametati sunt de bethsimon vsq; ad belsathim in planioribus locis moabitarum: vbi locutus est dominus ad moysen.

XXXIIII

Recipe filijs israel ⁊ dic ad eos. Quando trāsieritis iordanē intrantes terram chanaan dispdite cūctos habitatores terre illius: confringite titulos: ⁊ statuas cōminuite: atq; oia excelsa vastate: mūdantes terram ⁊ habitantes in ea. Ego enim dedi vobis illam in possessionem: quam diuidetis vobis sorte. Pluribus dabitis latiorem ⁊ paucioribus angustiorē. Singulis ut sors ceciderit: ita tribuetur hereditas. Per tribus ⁊ familias possessio diuidetur. Si autem nolueritis interficere habitatores terre q̃ remāserint: erunt vobis quasi claui in oculis ⁊ lancee in lateribus: ⁊ aduersabuntur vobis in terra habitationis vestre: ⁊ quicquid illis cogitaueram facere: vobis faciā. Locutusq; est dominus ad moysen dicēs: Precipe filijs israel: ⁊ dices ad eos: Cum ingressi fueritis terrā chanaā ⁊ i possessionē vobis sorte ceciderit: his finib⁹ terminabit. Pars meridiana incipiet a solitudine syn q̃ ē iuxta edom: ⁊ habebit t̄minos cōtra orientē

Ille est locus vbi quinq; ciuitates fuerūt subuerse: ut habetur Beñ.xix.7 in illo loco descendit iordanis fluuius. Illud igitur mare erat in angulo coniungēte partem orientalē terre ꝓmissionis 7 meridionalē. a Qui circuibūt australē plagā ꝑ ascensum scorpionis. mons est in latere meridionali illius terre sic nominatus: qz scorpiones erant ibi in multitudine. b Usq; ad torrentē egypti. hic est nilus fm aliquos. fm alios vero qō videt ꝓbabilius ē qdā torrēs descendēs in mari mediterraneo vocat⁹ Rivocozula. 7 est i extremitate terre ꝓmissionis versus meridiem. c Et magni maris littoze finiet⁹. i. littoze maris mediterranei: quod dicit hic mare magnū respectu marj mortui: a quo incipit terminus meridionalis terre ꝓmissionis ut ꝓdictū est: 7 finit littoze maris mediterranei. d Plaga autem occidentalis. hic describit termin⁹ occidentalis qui est tot⁹ super litt⁹ maris mediterranei. e Porro ad septētrionalem plagam. hic describit termin⁹ aquilonaris incipiēs a mari mediterraneo. f Usq; ad montē altissimum In hebreo habet: Usq; ad montē montis. qz sicut dic Ra. Sa. super montē illū erat qdam mōticulus supeminens. Et credo q; iste est mons libani qz alibi in pluribus locis mons libani describit ee in termino aquilonari terre ꝓmissionis. g Inde metabunt. Hic describit terminus orientalis. h Contra fontē. in aliquibus libris addit daphnen. sed nō est in hebreo nec in libris correctis. hunc locū vocat Matheus magedon. Marcus balmanica: 7 saraceni modan: 7 est ibi versus ortus iordanis: quod per hoc patet: q; palee in hunc fontem inisse recipiuntur in dan ductu subterraneo meatu: 7 a fonte dan 7 ioz nominat iordanis. i Inde pueniēt cōtra orientē ad mare cenereth. est enim lacus magnus per quam transit iordanis fluuius: 7 vocat mare more hebraico: quo omnis cōgregatio notabilis aquarū vocat mare: fm illud Beñ. j. Congregationesq; aquarū appellauit maria. vocat aūt in euāgelio mare galilee 7 transit iuxta galileam 7 mare tyberiadis. a tyberiade que est ciuitas sita in eius ripa. dicit etiam mare geneçareth: quasi generās aurā. k Et tendēt vsq; ad iordanē. Ex quo patet q; terra ꝓmissionis in angulo coniungente partē eius aquilonarē cū orientali se extendebat vltra iordanē. 7 fm aliquos illa portio vocat traconitidis regio Luce. iij. l Et ad vltimum salsissimo claudent mari. 7 sic patet illud quod supra dictū est. s. q; istud mare erat in angulo terre ꝓmissionis coniungēte partē orientalē cum meridionali: qz sicut eius pars meridionalis ab illo mari incipit ut ꝓdictū est ita pars orientalis ad ipsū terminat: ut hic dicit. m Precepitq;. Hic agit de buj⁹ terre diuisione: 7 primo determinat huius⁹modi diuisio. secūdo ex ꝓdictis mouet questio. ca. xxxvj. Adhuc primo agitur de terre diuisione. secūdo de diuise datione ꝑtū ad partē. ca. xxxv. Circa primum describit modus diuisionis. s. per sortes. cum dicit. n Hec erit terra quam possidebitis sortē. de modo aūt istarū sortiū dictū fuit s. ca. xxvj. Describit etiā quibus sit diuidenda. cum dr: o Nouē tribus⁹ 7 dimidie. cuius cā subdit. cū dr: p Tribus enī filioz ruben 7c. qz due tribus 7 dimidia iam acceperāt partes suas trans iordanē. Describit etiā ꝓ quos terra sit diuidenda. cū dicit: q Hec sunt nomina virozū q; terrā vobis diuidēt eleaçar. q; erat pōtifex. r Et iosue. q; post moysen constitutus fuit ꝓnceps. s Et singuli ꝓncipes de tribubus singulis. h̄ ē intelligendū solū de ꝓncipibus. x. tribuū: quibus erat diuidenda terra. cetera patent in lrā. Nota i hoc ca. s. xxvj dictū ē q; terra esset sorte diuidenda: ideo q̄rit hic Utrum vti sortib⁹ sit licitū. Ad quod dicēdum q; vti sortib⁹ est ex vario euētu seu dispositione alicuius rei sensibilis ꝓpositē determinare aliquid dubium uel incertum: sicut ex festuc ꝓpositis ꝓ hoc q; aliq̄s accipit breuiozē uel longiozē: seu i ꝓiectione taxilloz: ex h̄ q; aliquis ꝓpicit plura uel pauciora puncta: uel ex cōsimilibus vbi aliquod dubiū inter homines determinat. 7 si hoc fiat ad alicuius rei diuisionē inter homines: ut ꝓ h̄ determinet q̄s quam partē accipiat: vocat sors diuisoria: si aūt hoc fiat ad aliq̄d determinate agendū vocat sors ꝓsultoria: igit si dispositio uel euētus sortiū expectet a fortuna tm̄: nullū est vitiū: ut si mittant sortes ad determinādū inē bries q̄s quā ptē accipiat alicuj⁹ rei: 7 h̄ ex cōi ꝓsensu cōmittit fortune. Causa tm̄ motiua pōt esse peccatū ut si ꝓpter cupiditatē ꝓpriā uel aliud vitiū nō possunt alit diuidere cōcordit. si aūt dispositio sortiū uel euentus nō expectet solū a fortuna ꝑ ab alia causa: h̄ est duplicit. vno mō a cā corporali ut a dispositione stellarū. 7 sic cū actus stellarū ad h̄ se nō extēdat superstitiosū est 7 illicitū 7 nō caret occulto pacto demonū. alio mō q: expectat euēt⁹ 7 dispositio sortiū a cā spūali dirigēte 7 h̄ ē duplicit. vno mō a demone: 7 h̄ est illicitū: qz includit familiaritatē 7 pactū cū demonib⁹. alio mō a deo expectat immediate: uel mediātib⁹ sanctis angelis: 7 h̄ nō ē illicitū fm se: si fiat cū reuerētia debita. vñ dr. puer. xvj. Sortes mittunt i sinū: ꝑ a dño dirigunt. Pōt tm̄ in h̄ qdruplicit peccā accidē. Primo si absq; vlla necessitate ad sortes recurrat: h̄ eni videt ad rei tētationē ptinē. vñ dic Ambro. sup lucā. Qui sorte eligit humano iudicio nō cōplacēdit. 2°. si q̄s etiā i necessitate absq; reuerētia debita sortib⁹ vtat. vñ sup actus apl̄oz dic Beda Si q; necessitate aliq̄ cōpulsi de⁹ putāt sortib⁹ exemplo apl̄oz ee p̄sulendū: videāt h̄ ipsos nō nisi collecto fratrū cetu 7 pcib⁹ ad deū fusis egisse. 3°. si diuina oracula adhibena negocia pūtāt. vñ dic Aug⁹ ad inq̄sitiones Januarij:

mare salsissimū: qui ° circuibūt australem plagam per ascensū scorpionis: ita ut transeant in senna 7 perueniant ad meridiē vsq; ad cadesbarne: vnde egredientur confinia ad villam nomine adar: 7 tendent vsq; asemona. Ibiteq; per gyrū terminus ab asemona vsq; ꝑ ad torrē egypti: 7 ᶜ magni maris littore finietur. Plaga⁰ autē occidentalis a mari magno incipiet: 7 ipso fine claudet. Porro ᵉ ad septentrionalem plagam a mari magno terminū incipient pueni entes vsq; ᶠ ad montem altissimum: a quo venient in emath vsq; ad terminos sedada: ibunteq; confinia vsq; ad ebrona 7 villā benan. Hierūt termini i parte aquilonis. Inde ᵍ metabunt fines ꝓtra orientalē plagā de villa benan vsq; sephama: 7 de sephama descendent termini in reblatha ꝓtra ʰ fontem. Inde ⁱ perueniet contra orientem ad mare cenereth 7 ᵏ tendent vsq; iordanē 7 ˡ ad vltimum salsissimo claudentur mari. Hanc habebitis terram per fines suos in circuitu. Precepitq; ᵐ moyses filijs israel dicens: Hec ⁿ erit terra quā possidebitis sorte: 7 quā iussit dñs dari nouem ° tribubus 7 dimidie tribui. Tribus ᵖ enim filiorum ruben per familias suas: 7 trib⁹ filioz gad iuxta cognationum numerū: media quoq; tribus manasse. i. due semis tribus acceperunt partē suā trās iordanē cōtra iericho ad orientalem plagam. Et ait dom⁹ ad moysen: Hec ᵍ sunt nomina viroz qui terrā vobis diuident Eleaçar sacerdos: 7 iosue filius nun 7 ʳ singuli principes de tribubus singulis: quoz ista sunt vocabula. De tribu iuda: caleb filius iephone. De tribu symeon: samuel filius amiud. De tribu beniamin: belidad fili⁹ chaselon. De tribu filioz dan: bocci fili⁹ iogli. Filioz ioseph de tribu manasse: hannibel fili⁹ ephot. De tribu ephraī camuel fili⁹ septhā. De tribu çabulon: belisaphan fili⁹ pharnath.

His qui de paginis euangelicis sortes eligunt: ⁊ si optandum sit: ut hoc potius faciāt q̄s ad cremonia cōsulenda cōcurrant. tñ mihi displicet ista cōsuetudo ad negocia singularia ⁊ ad vite huius vanitatē diuina oracula velle cōuertere. quarto si in electionibus ecclesiasticis que ex spiritus sancti ispiratione fieri debent aliq̄ sortib⁹ vtāt⁹. vnde dicit Beda sup̄ act⁹ apostolo⁹: Mathias ante pentecosten ordināt⁹ sorte querit: qz scilz nondū erat plenitudo spiritus sancti in ecclesia effusa. Septem aūt diaconi postea nō sorte sed electione discipulo⁹ sunt ordinati. secus aūt ē in tēporalibus dignitatibus que ordinātur ad terrena disponēda. ⁊ iō in electione illarū possint homines vti sortibus sicut ⁊ i diuisione rerū tēporaliū: ut p̄dictum est. si vero aliq̄ necessitas alia ut ab electione dignitat⁹ ecclesiastice imineat: licitū est cū rebita reuerētia sortibus diuinū auxiliū implorare. vnde dicit Aug⁹ in epistola ad Honoratū. Si inter rei ministros sit disceptatio qui eo⁹ tempore psecutionis maneant ne fuga omniū ⁊ q̄ eorū fugiant ne morte omniū referat ecclesia si hec disceptatio aliter nō poterit terminari ēptū mihi videt: qui maneant ⁊ qui fugiant sorte eligēdi sunt. ⁊ hoc modo ⁊ alijs modis licitis p̄dictis vsi sunt sortibus viri sancti qui in v. ac no. testa. vsi fuisse sortibus leguntᶠ: sicut iosue iudicio sortis puniuit achan. Josue. vij. ⁊ saul repetendit ionatham filiū suū mel comedisse. j. Reg. xiiij. ⁊ zacharias sorte exijt ut incensum poneret Luce. j. ⁊ Mathias in apostolatū promotus Actuum .j. ⁊ sic de alijs. ⁊ sic patet responsio ad questionem. a Cap. xxxv.

Ec quoq̄ locut⁹ est. hic p̄nē agit⁹ de terre diuise ac diuidēde datione ēptum ad eius partem. Cui⁹ fuit duplex cā. Una pro leuitarū habitaculo. Alia .p fugitiuo⁹ receptaculo q̄ describit ibi. De ipsis aūt oppidis Circa primū dr: b Precipe filijs israel. Ex quo patet q̄ erant ad hoc astricti diuino p̄cepto. c Ut dent leuitis de possessionibus suis. iam habitis ēptum ad duas tribus ⁊ dimidiā: ⁊ habendis ēptū ad nouē tribus cā dimidia. d Urbes ad habitandū. nō dicit ad dominandū uel ad reditus inde accipiendū: quia sic erāt ipsius regis uel alio⁹ dñō⁹ vrbes in quibus habitābāt leuite. vnde ⁊ ebron fuit vna de illis: ut habet Josue. xx. ⁊ tamen chaleb fuit dñs ipsius: quia data est ei in possessionē: ut habet Josue. xv. e Et suburbana p circuitum. spacia sunt extra muros ciuitatis que non sunt clausa muris. f Que a muris ciuitatum ⁊c. tendent. i. protendent uel prolongabunt in circuitu ciuitatū. ideo subditur: g Contra orientem erunt duo milia cubiti. Dicunt expositores nostri communiter q̄ idem est spacium mille passuum ⁊ duorum milium cubitorum: quia passus continet quatuor pedes: ut dicunt. cubitus aut̄ cōtinet duos pedes. sed hoc est cōtra cōmune dictū: q̄ passus cōtinet quinq̄ pedes. vnde versus: Quinq̄ pedes passū facit: passus quoq̄ centū Viginti q̄nq̄ stadiū: si tres miliare Octo facit stadia: duplicatū sit tibi leuca. Dato etiā q̄ passus cōtineret quatuor pedes tm̄: adhuc dictū eo⁹ non consonat hebraice veritati: qz vbi translatio nostra habet mille passuum: In hebreo habet: Mille cubitoꝝ. ⁊ iō videt repugnātia ad hoc qō subditur: Ad orientem duo milia cubiti ⁊c. Ra. Sa. dicit q̄ ꝑm veritatē duo milia cubiti erāt extra muros ciuitatū p circuitū: mille tamen cubiti, q̄nquiozes muris erant sic ordinati q̄ non poterat ibi dom⁹ edificari: nec poterat arari uel seri uel vinee ibi plantari: ⁊ erāt ad recreationē hominū ⁊ pascua animaliū. Fiebant etiā ibi piscine ad lotionē vestiū: ⁊ ideo isti mille cubiti vocabant, q̄rie suburbana ⁊ de illis loquit̄ scriptura precise. cum dr in hebraica veritate: Que a muris ciuitatū forinsecus p circuitū mille cubitoꝝ spaciū tendent. In alijs aūt mille cubitis longinquiorib⁹ a muris poterāt vinee plātari, large tamē loquēdo pertinent ad suburbana: ⁊ hoc modo loquitur scriptura. cū dr. Ad orientem duo milia cubiti ⁊c. b De ipsis autem oppidis. Hic consequenter tangitur causa secūda assignationis predictarum ciuitatū leuitis. s. ut essent receptaculū fugitiuoꝝ. ⁊ primo describit predictarum ciuitatum ordinatio. secundo fugitiuorū saluatio. ibi: Si quis ferro percusserit. tertio redditur predictorū rō ibi: Ne pollutis terrā. Circa primū agit de numero ciuitatū refugij. cū dicit: i Sex erūt in fugitiuoꝝ auxilia. ⁊ p̄ hoc dicit erūt: ꝑz q̄ lz moyses dū adhuc viueret separauerit tres ciuitates p fugitiuis: ut habet Deut⁹, iij, tamē nō fuerūt ordinate totaliter ad refugiū donec per iosue alie tres fuerūt ad hoc ordinate in terra chanaan: ut habetur Josue, xx. k In quibus cum fugerit ⁊c. nō poterit eū occidere. ex quo videt q̄ si attigisset eū anteq̄ intrasset ciuitatē: poterat eū occidere. l Donec stet in conspectu multitudinis ⁊ causa illius iudicetur. a iudicibus ciuitatis: in cuius terminis fuerit homicidium factum: ut videbitur infra. Consequenter agitur de situ ciuitatum refugij. cum subditur: m Tres erunt trans iordanem ⁊ tres in terra chanaan. Licz enim trans iordanem habitarent tm̄ due tribus cum dimidia: tamen tot erant ibi ciuitates refugij quot erant citra iordanem: vbi habitabant nouem tribus ⁊ dimidia. Cuius rationem assignat Rabi Salomon dicens q̄ hoc fuit quia in terra galaad que erat trans iordanem: habitabant homines proni ad effusionem sanguinis: ꝑm q̄ dicitur Osee. vj. Galaad ciuitas operantium idolum supplantata sanguine. vbi in hebreo habetur: Torcular sanguinis. Alia etiam causa potest assignari: quia terra trans iordanem erat longinqua a templo domini: ideo ibi multiplicabātur ciuitates refugij ut effusores sanguinis elongarentur a templo: vnde ⁊ dauid licz esset sanctus: prohibitus est tamen edificare templum eo q̄ multum sanguinē effuderat in bellis: ut habetur. j. Paralypomenon. xxij.

De tribu isachar: dux phaltihel filiꝰ oçan. De tribu aser: abiud filiꝰ salomi. De tribu neptalim phedahel filius amiud. Hi sūt q̄bus p̄cepit dñs ut diuiderent filijs israel terram chanaan.

Ecª quoq̄ locutᵇ dñs ad moysen ī cāpestribus moab supra iordanē ꝟ hiericho. Precipeᵇ filijs israel ut dent leuitē de possessionibus suis vrbes ᵇad habitandū: ⁊ᶜ suburbana eaꝝ p circuitū: ut ipsi ī oppidis maneant: ⁊ suburbana sint pecoribᵍ ac iumentis: qᵈ a muris ciuitatū forinsecus p circuitū mille passuū spacio tendent. Cōtraᵍ orientē duo milia erunt cubiti: ⁊ ꝟ meridiē similiter erūt duo milia. Ad mare quoq̄ qō respicit occidentē: eadē mēsura erit: ⁊ septētrionalis plaga eq̄li termino finiet. Eruntq̄ vrbes in medio: ⁊ foris suburbana. Deʰ ipsis aūt oppidis que leuitis dabitis: sexⁱ erūt in fugitiuoꝝ auxilia separata: ut fugiat ad ea q̄ fuderit sanguinē: ⁊ exceptᵏ his alia quadraginta duo oppida id est simul q̄dragintaocto cum suburbanis suis. Ipseq̄ vrbes q̄ dabunt de possessionibᵍ filioꝝ israel ab his q̄ plus habēt: plures auferent: ⁊ q̄ minus pauciores. Singuli iuxta mēsurā hereditat⁹ sue dabūt oppida leuitis. Alit dñs ad moysen: Loq̄re filijs israel: ⁊ dices ad eos: Dñ trāsgressi fueritis iordanē in terrā chanaan: decernite q̄ vrbes ee debeāt in p̄sidia fugitiuorū q̄ nolētes sanguinē fuderunt: inˡ quibᵐ cū fugerit profugus: cognatus occisi nō poterit eū occidere: donecⁿ stet i p̄spectū multitudinis: ⁊ cā illiᵒ iudicet. De ipsis aūt vrbibᵖ q̄ ad fugitiuoꝝ subsidia sepant: tresᵠ erūt trā iordanē: ⁊ tres ī tra chanaā tā filijs israel q̄ ꝟ aduenis atq̄ peregrinis: ut cōfugiat ad eas

Item quia alie tres addende erant: quādo dilatati fuissent termini habitationis cor. ut habet Deut. xix. a Si quis ferro percusserit. Hic consequenter describit fugitiuorū saluatio. & primo ostenditur qui fugitiui non sint saluandi. secundo qui sint saluandi ibi: Qz si fortuitu. tertio qualiter non saluandi debeant condemnari ibi: Homicida sub testibus punietur

Circa primū sciendū q̄ peuticus a proposito: si ex percussione sequebat mors nō debebat saluari per ciuitatem refugij. & q̄tum ad hoc dr: Si q̄s ferro percusserit & mortu⁹ fuerit q̄ percussus est. q̄ autem loquitur scriptura de percutiente a proposito patet p illud qđ sequitur postea Qz si fortuitu q̄cq̄ horum fecerit. Consideranđ ē q̄ fm q̄ dicit Ra. Sa. in instrumēto percussionis requirit q̄ homo percussus ex eo possit mori. & ideo consequenter dicit: b Si lapidem iecerit & ictu occubuerit. i. si lapis sit tante magnitudinis q̄ possit letale vulnus inferre: & eodem modo dicitur in aliis lesionib⁹ in textu hebraico: excepto primo vbi dicitur absolute: Siquis ferro percusserit & mortu⁹ fuerit. & non exprimitur ictu: qz sufficienē intelligit: eo q̄ cū minimo instrumento ferreo: utpote cum acu posset interfici homo. Si aūt aliqs peuteret primū a proposito lapillo minimo uel festuca & percussus mortuus esset. nō esset ꝓpter hoc percutiens interficiendus: qz nullo modo est verisimile q̄ percussus esset mortuus ex percussione illa: si alia cā. c Statim ut apprehenderit eū interficiet. etiā i ciuitate refugij: ut dicit Ra. Sa. sed hoc est intelligendū q̄n inuenict eū post iudiciū datū de homicidio illo quod fuit factū a ꝓposito. d Qz si fortuitu. Hic ostendit q̄s debeat saluari in ciuitate refugij videlicet interficiēs a casu absq̄ odio & insidijs. & ponit ad hoc exemplū Deut. xix. de illo qui nō habēs inimicitias cū proximo vadit cum eo ad scindendū ligna: & ferrū securis de manubrio interficit. primū sequit: e Reducet p̄ sniam in vrbē &c. Ex quo patet q̄ iudicium de homicidio ꝓpetrato vtrū fuerit a casu uel a ꝓposito non ficbat in ciuitate refugij: sed magis in illa in cuius terminis factū fuerit homicidiū: qz ibi magis poterat sciri veritas de facto: & qz conditiones rei & actoris erāt ibi magis note: & iō dicit hic q̄ data sententia in illa ciuitate de innocentia percussoris reducebat percussor in vrbem ad quam cōfugerat. Consequenter describit modus saluandi cū dicit: f Manebit q̄ ibi &c. Si enī ante exiret terminos ciuitatis illi⁹ non saluabat: quia inuentus extra poterat occidi a propinquo interfecti: ad quē de iure pertinebat mortem propinqui sui vindicare. Rationem aūt predicte mortis assignat Ra. Sa. dicēs q̄ effusio sanguinis etiam a casu abbreuiat vitam. est etiam horrida coram deo. Officium autem summi sacerdotis est orationibus & sacrificijs impetrare prolongationem vite: & vitatē placare. & ideo ipso viuente homicida nō debebat ad terram propriam redire. Alia autem ratio ad hoc potest assignari licz enim interfector a casu esset innocēs: & puniretur sine sua culpa in hoc q̄ erat profugus a ciuitate sua: non tamē hoc erat sine causa quia ex morte ipsius inter amicos defuncti poterāt seditiones & homicidia oriri: & per consequens pax cōmunis turbari: maxime quia iudei crudeles erant & proni ad effusionem sanguinis: ideo ad hoc malum euitandum in communitate: homicida a casu manebat exul ad tēpus: quia debitabendū est bono particulari propter cōseruationem boni cōmunis. poterat aūt reuerti in morte summi pontificis pro qua tūc erat afflictio & luctus in toto populo: & tali tēpore solent ire particulares sedari. g Homicida. Hic cōsequenter describit qualiter nō saluandus debeat condēnari. & primo q̄tum ad testes. cum dicit h Sub testib⁹ punietur. qz duo testes ad minus ad eius cōdemnationē requiruntur. secundo q̄tū ad iudices. cum dicit: i Non accipietis precium ab eo qui reus est sanguinis. ut a morte saluet: nec etiā ut eius mors differat. iō subdit: k Statim & ipse morietur. qui erit cōuictus de homicidio voluntario l Exules & profugi &c. qz silicet p precium nō poterāt reuerti ad loca sua ante mortē summi pōtificis. m Ne polluat. Hic reddit rō p̄dicte punitionis. s. ut terra custodiret munda: que maculat effusione sanguinis innocentis: que macula erat auferēda p mortē voluntarij homicide: & eadē rōne effusio sanguinis homicide a casu p exiliū p̄dictū erat precauēda. cā vero mūditie terre obseruāde tāgit cū dr: n Ego enī sum dns q̄ habito inter filios israel. p̄ quā fidē vnus dr: & p specialē cultū latrie. & iō terra huius habitationis diuine preceteris debet seruari munda p purgationē peccatorum: & maxime homicidij voluntarij: qz sanguis innocēs effusus sup terrā ꝓpē horrorē criminis dicit clamare coram deo: Gen. iiij. Ecce vox sanguinis fratris tui abel clamat ad me de terra. o Cap. xxxvj.

Accesserūt aūt. Hic ex p̄dictis ponit q̄stio. & p̄ q̄stionē mouet. 2°. ad q̄stionē rūdet. ibi: Rūdit moyses. 3°. rōnsio executiōi dat. ibi: Fecerūtq̄. Questio aūt orit eo q̄ s. xxvij. ca. de mādato dni ordinatū fuit q̄ filie salphaad succederēt patri i hereditate: eo q̄ nō habebat filiū masculū & b ē q̄ dicit: p Tibi dño &c. & iō si nuberēt viris alterius trib⁹. sequeret q̄ hereditas earū trāsiret ad aliā tribū:

qui nolens sanguinem fuderit
Si quis [a] ferro percusserit: & mortuus fuerit qui percussus ē reus erit homicidij: & ipse morietur. Si [b] lapidem iecerit: & ictu occubuerit: similiter punietur. Si ligno percussus interierit: percussoris sanguine vindicabitur. Propinquus occisi homicidā interficiet: statim [c] ut apprehenderit eum interficiet. Si per odium quis hominem impulerit uel iecerit quippiam in eum per insidias: aut cū esset inimicus manu percusserit & ille mortuus fuerit: percussor homicidij reus erit. Cognatus occisi statim ut inuenerit eum iugulabit. Qz [d] si fortuitu & absq̄ odio & inimicitijs quicq̄ horū fecerit & hoc audiente populo fuerit comprobatum: atq̄ int̄ percussorem & propinquū sanguinis questio ventilata: liberabitur innocēs de vltoris manu: & reducet [e] per sententā in vrbem ad quam confugerat: manebitq̄ [f] ibi donec sacerdos magnus qui oleo sancto vnct⁹ ē moriat. ¶ Si interfector extra fines vrbium que exulibus deputate sunt fuerit inuentus: & percussus ab eo qui vltor est sanguinis: absq̄ noxa erit qui eū occiderit. Debuerat enim profugus vsq̄ ad mortē pontificis in vrbe residere. Postq̄ autē ille obierit: homicida reuertet in terrā suam. Hec sempiterna erunt & legitima in cunctis habitationibus vestris. Homicida [g] sub [h] testibus punietur. Ad vnius testimonium nullus cōdemnabitur. Non [i] accipietis precium ab eo qui reus est sanguinis: statim [k] & ipse morietur. Exules [l] & profugi ante mortem pontificis nullo modo in vrbes suas reuerti poterunt: ne [m] polluatis terrā habitatiōis vestre que insontiū cruore maculat: nec aliter expiari potest nisi per eius sanguinem qui alterius sanguinem fuderit. Atq̄ ita emūdabit vestra possessio me commorante vobiscum. Ego enim sum dominus qui habito inter filios israel. [o]

XXXVI

Accesserunt aūt & p̄n̄cipes familiaꝝ galaad filij machir filij manasse de stirpe filiorū ioseph: locutiq̄ sūt moysi coram p̄ncipib⁹ israel atq̄ dixerunt: Tibi [p] domino nostro precepit dns ut terram sorte diuideres filijs israel:

quia filius natus ex illa muliere qui debebat terram illam hereditare: non erat computandus in tribu matris sed patris: quia genealogia hominum non accipitur per matres sed per patres: ⁊ ex hoc sequebatur ꝙ in anno quinquagesimo iubilei in quo hereditates debebant reuerti ad primos possessores: quia nõ poterãt vẽdi uel alienari etiã vltra illum terminũ. q̃tum ad hereditatem p̃dictam non reuerterentur: ⁊ sic sequeret sortium confusio ex tali translatione de parte hereditatis vnius tribus trãslata ad aliam: quod est contra domini preceptum. ut h̃ ⁊ Leuiti. xxvij. habetur. a Respõdit moyses. Hic ponitur respõsio moysi ex auctoritate dñi videlicet ꝙ ad euitandũ inconueniẽs p̃dictũ filie salphaad non possent contrahere matrimoniũ nisi cum hominibus sue tribus: ⁊ sic hereditas earum non transibat ad aliam tribum. ⁊ eodem modo precipitur de alijs mulieribus habentibus hereditatem. ⁊ hoc patet ꝑ illud quod subditur: c Cuncte femine maritos de eadem tribu accipient. In hebreo habetur sic: Omnis filia que hereditabit hereditatem vni de cognatione patris sui erit vxor. ex quo videtur ꝙ istud preceptum non cadit nisi super mulieres succedentes in hereditate: ut dicunt aliqui. sed contrariũ videtur per illud quod in textu dicitur: b Omnes enim viri ducent vxores de tribu ⁊ cognatione sua. ex quo videtur ꝙ nõ poterant accipere mulieres de alia tribu: etiam hereditatem nõ habentes. nec per consequens poterant ille contrahere cum viris alterius tribus: vnde ⁊ eadem ratio huius assignatur ex vtraq̃ parte tam viri q̃ mulieris scilicet in permixtione tribuum. vnde subditur: d Nec sibi misceantur tribus ⁊c̃.] dispẽsatum tamen fuit ꝙ tribus sacerdotalis ⁊ regia possent cõmisceri ꝑ matrimonia: tum ꝓpter nobilitatem vtriusq̃ tribus: tũ ut reges ꝑ sacerdotes familiaritatẽ cum eis habentes in vero cultu dei tenerent: tum etiã ut ꝑ h̃ pax in cõmuni populo magis seruaret: e Feceruntq̃ filie salphaad. Hic cõsequent̃ ponit p̃dicte responsionis executio. ⁊ pz lrã. f Hec sunt mãdata. Hec est cõclusio libri: Hec. s. que predicta sunt: Sũt mandata. q̃tũ ad moralia ⁊ cerimonialia. g Atq̃ iudicia. q̃tum ad iudicialia.

⁊ ut filiabus salphaad fratris nostri dares possessionẽ debitã patri: quas si alterius tribus homines vxores acceperint: sequetur possessio sua ⁊ trãslata ad aliã tribũ de nostra hereditate minuet: atq̃ ita fiet ut cum iubileus. i. quinquagesim⁹ annus remissiõis aduenerit cõfundatur sortium distributio: ⁊ alioꝝ possessio ad alios trãseat. Respõdit[a] moyses filijs isrl̃ ⁊ dño precipiẽte ait: Recte tribus filioꝝ ioseph locuta est: ⁊ hec lex super filiabus salphaad a dño promulgata est. Nubãt quibus volunt: tm̃ ut sue trib⁹ hominib⁹: ne cõmisceatur possessio filiorum israel de tribu in tribum. Omnes[b] enim viri ducent vxores de tribu ⁊ cognatione sua. ⁊ cũcte[c] femine de eadem tribu maritos accipient: ut hereditas ꝑmaneat in familijs: nec[d] sibi misceantur tribus sed ita maneant ut a dño separate sũt.] Feceruntq̃[e] filie salphaad ut sibi fuerat ĩperatũ: ⁊ nupserũt maala ⁊ thersa ⁊ egla ⁊ melcha ⁊ noa filijs patrui sui de familia manasse qui fuit filius ioseph: ⁊ possessio q̃ illis fuerat attributa mãsit in tribu ⁊ familia patris earũ. Hec[f] sũt mandata atq̃[g] iudicia que mãdauit dñs per manũ moysi ad filios israel in cãpestrib⁹ moab supra iordanem cõtra hiericho.

Explicit liber Numeri.

Postilla libri Numerorum finit.

Incipit Deuteronomius. Cap.j.

Eclaratio sermonum tuoꝝ illuminat: ⁊ intellectū dat paruulis. Sicut dictū fuit in principio Exodi lex non datur propꝛie vni persone singulari sed cōmunitati: ⁊ ideo datio legis pꝛesupponit aduma/tionem plebis cui lex sit danda: ⁊ ideo sicut fuit dictum in principio Gen̄. lex que continetur in q̄nq; libris moysi sic diuidit; q; p̄mo in libro Gen̄. ꝛescribit separatio fidelis populi ab infideli: ⁊ eius adunatio sub cultu vnius dei. In Exodo vero ⁊ in alijs duobus libris sequentibus ꝛescribit datio legis populo iam adunato. In ꝛeuteronomio vero ꝛescribitur replicatio legis date in eius explicatiē: ꝛe qua pꝛetest dici competenter verbum pꝛopositū: Declaratio sermonū ⁊c. Unde liber iste procedit p̄m quadruplicē modum in verbis pꝛopositis contentū. s. explicādo obscura: quod notat cū dicit: Declaratio. 2°, replicando in alijs libris predicta: qō notat cum dicitur: Sermonū tuoꝝ. tertio supplendo omissa: quod notat ibi: Illuminat. quarto applicando ⁊ addendo necessaria: quod notat cum dicit: Et intellectū dat paruulis. sicut videbitur in pꝛocessu libri. Qui quidem liber diuidit in ꝓlogū ⁊ executionem. que incipit ibi: Cepitq; moyses. In pꝛoœmio quatuoꝛ notant. primo quis scripsit. secūdo quibus. ibi: Ad cēm israel. tertio vbi scripsit. ibi: Trans iordanē. quarto quādo scripsit. ibi: Quadragesimo anno. Circa primū. s. a Hec sūt verba. sciendū q; alij dixerunt q; moyses non scripsit hunc librum: sed trīn pꝛotulit verba uel sententiam: que iosue ⁊ alij senes memoꝛiter retinentes in hunc librum conscripserunt post mortem moysi: ⁊ hoc pꝛobāt primo: eo q; dicitur in principio: Hec sūt verba que locutus est moyses. ⁊ non dicit: que verba scripsit. secundo ex hoc q; dicitur: Trans iosdanem. ⁊ sic videtur q; liber fuerit scriptus trans iordanem. Moyses autem iordanem non transiuit: ut patet in fine huius libri ⁊ in plurib⁹ alijs locis. tertio ex hoc q; in fine huius libri describit moꝛs ⁊ sepultura ipsius moysi quam ipse moyses scribere non potuit. Sz hoc est manifeste contra id quod habet infra. xxxj. ca. vbi dicit: Scripsit itaq; moyses legem banc: ⁊ tradidit sacerdotibus filijs leui: qui pꝛotabant archam federis dn̄i. ⁊ infra eodem ca. Postq; autē scripsit moyses verba legis huius in volumine atq; cōpleuit: pꝛecepit leuitis qui pꝛotabant arcā federis dn̄i dicēs: Tollite librū istū ⁊c. Et ideo dicūt alij q; esdras scripsit principiū ⁊ finē bui⁹ libri addendo verbis moysi. sed hoc est contra illud quod dicit in principio hui⁹ libri: Hec sunt verba que locutus est moyses. ex quo patet q; non sunt verba esdre sed moysi. Pꝛopter quod dicit Ra. Sa. ⁊ habet alij q; totus iste liber scriptus fuit a moyse excepto vltimo ca. quod scripsit iosue post mortē moysi. Ad illud autem quod obijcit primo dicendū q; moyses verba libri huius seu sententiā primo pꝛotulit coꝛam populo per modum exhoꝛtationis: ⁊ q̄tū ad hoc dicit: Hec sunt verba que locutus est moyses. sed postea scripsit ad memoꝛiā in futurū. Quod aūt secūdo obijcit. magis est ad oppositū: q; trās iordanem ⁊ citra accipiūt in sacra scriptura ꝛespectu situs bieruſalem. ⁊ ideo illa pars vbi habitabant due tribus cū dimidio: que fuit acquisita ante transitū iordanis vocat trās iordanem: quia inter ipsam ⁊ bieruſalē iordanis est medius. Ad tertiū ꝛesponsio patet ex dictis. Consequenter ostenditur quibus scripsit. cū dicit: b Ad omnem israel. Dicit aūt Ra. Sa. q; ad hoc vocauit totū populū: ut q̄libet haberet locū loquēdi si vellet in aliquo obijcere verbis moysi ut sic postea nullus haberet locū cōtradicēdi. sed non est verisimile q; totus populus posset generaliē audire verba moysi loquētis: cū numerus viroꝝ qui poterāt ad bella pꝛocedere absq; mulieribus ⁊ paruulis esset. sexcenta milia ⁊ mille septingenti triginta. ut habet Nume. xxvj. Et iō melius videt dicendū q; q̄n moyses loquebat verba libri huius populo p̄ modū exhoꝛtationis: fuerunt ibi trīn capitanei ⁊ principales populi: in quibus quodāmodo tota multitudo populi continebat. Scripsit tamen

Incipit liber elleaddaberim q̄ Deuteronomium pꝛenotatur. Cap. i.

Ec[a] sunt verba que locutus est moyses ad[b] omnem israel trās[c] iordanem in solitudine campestri contra[d] mare rubrum: inter[e] pharan ⁊ thofel: ⁊ laban ⁊ aseroth: vbi[f] auri est plurimum vndecim[g] diebus ꝛe oreb per[h] viā montis seir vsq; cades barne. Quadragesimo[i] anno

iordanē in solitudine cāpestri. anteq; transiret iordanem. d Cōtra mare rubrum. habet enī b mare multos sinus: ⁊ vnus illoꝝ est cōtra locū illū. e Inē pharā ⁊ thofel ⁊c. noīa sunt locoꝝ circa locum illū vbi moyses explanauit legē. f Ubi auri est plurimū q; ibi sūt minere auri. g Undeci dieb⁹ ꝛe oreb. istud exponit duplicit. Uno mō ab alijb⁹ referēdo ad trām pcedētē cū dr: Hec sūt verba q̄ locut⁹ē moyses. in tali loco. Undeci diebus. i. xj. dies posuit ad loquendū ista. Sz quō exponat trā sequens ⁊ cui coniūgat cū dicit: Per viā mōtis seir ⁊c nō habet ex verbis eoꝝ. ⁊ iō aliter exponit ab alijs nō solum referēdo ad trām pcedentē: sed etiā subsequentē: ut sit sensus: Hec verba locutus est moyses. xj. diebus. veniēdo. s. ꝛe oreb p viā montis seir. ita q; in illo vndenario dierū facta est legis explanatio. Sed hec expositio nō videt rōnabilis q; nō est verisimile q; moyses eundo p viam explanaret populo legē: q; talis explanatio requirit quietem doctoꝛis ⁊ auditoꝝ. Et iō Ra. Sa. aliter exponit dicēs: q; in b notat spaciū terre inter montē oreb ⁊ cades barne: quod p̄m eos est itineris. xj. dieꝝ. ⁊ tūn filij israel ī recessu suo ꝛe oreb post legē datā venerunt illuc in tribus diebus: quod sic pꝛobat q; anno secūdo egressionis ꝛe egypto mense secundo vicesima die mēsis recesserūt ab oreb. ut habet Nume. x. ⁊ eodē anno. xxix. die mēsis tertij venerūt ī cades barne vnde miserunt explozatoꝛes: si igit inde subtrahant. xxx. dies quib⁹ populus māsit ī sepulcbris cōcupiscētie: q; ibi comederūt carnes mense integro. ut habet Nume. xj. ⁊ iterū. vij. dies quibus māsit populus in aseroth q̄diu maria fuit recluſa: nō remanēt nisi tres dies quib⁹ fecerūt iter p̄dictū. ⁊ b pōsuit moyses p̄m eū ad ostendendū filijs israel: qualiē ꝛeus accelerabat iter populi ad intrandū cito terrā ꝓmissionis: nisi pꝛeccatū eoꝝ impediuisset qñ territi verbis explozatoꝛū murmurauerūt contra dn̄m volentes ꝛeuerti in egyptū. ⁊ ideo. xl. annis fuerunt vagabundi p̄ ꝛeserti. Igit p̄m hanc expositionē est sensus. Undecim diebus ꝛe oreb. supple itur vsq; ad cades eundo. b Per viā montis seir. i. qua itur ꝛe oreb in seir: quia cades est intermedia: ⁊ subintelligit: quā viam tribus diebus feciſtis ꝛeo accelerāte iter ꝛestrū ⁊ ita accelerasset residuū: nisi pꝛeccata ꝛestra posuissent impedimentū. Aliter etiā exponit referendo li vndecim diebus: ad totū iter filioꝝ israel ꝛe oreb vsq; ad ingressum terre pꝛomissionis: ut sit sensus. Si nō pꝛeccauisſetis dn̄o: vndecim diebus ꝛe oreb venisſetis ad ingressum terre ꝓmissionis transeundo p̄ cades ⁊ per monteꝝ seir: q; dn̄s ꝛedisset vobis gratiā in conspectu filioꝝ esau: ⁊ concessisset vobis transitū p̄ mediū terre sue. Sed pꝛopter pꝛeccatū ꝛestrū ꝛenegatus est vobis illic trānsitus: ⁊ circuiuistis mōtē seir longo tpe. ut habet. j. eo. ca. ⁊ p̄m vtrāq; expositionem est b modus loquēdi q; apud hebreos vocat ꝛecurtatus uel recisus. s. qñ aliqua tacent: q; tn̄ necessario subintelliguntur. Sicut. ij. Reg. v. ca. vbi trānslatio nostra habet: ꝓposuerat enim dauid in die illa p̄miū ei q; percussisset iebuseū ⁊c. In hebreo habet sic: Et dixit dauid in die illa q; percusserit iebuseū ⁊c. ⁊ non fit mentio ꝛe pꝛemio nec in generali nec in speciali. ⁊ tn̄ subintelligit q; pꝛemiū eius foret q; esset pꝛinceps militie: ut habet. j. Paral. xj. sic in textu p̄dicto secundum duas expositiones vltimas aliqua subintelliguntur. ut pz ex p̄dictis. Consequenter ostēdit tēpus quo moyses scripsit. cū dr: i Quadragesimo anno. s. ab egressu filioꝝ

moyses ad omnē israel generaliē: q; nō solū illi q̄ erāt tūc p̄sentes b etiā absentes ⁊ futuri ꝛe populo illo obligabant ad ea que fuerūt scripta in b libro. ⁊ iō fuit repositus in latere arche ut legeret q̄libet anno septimo: ut habet j. xxxj. ca. Consequenter ostendit vbi scripsit. cū dicit: c Trans

Si [a] audieris vocem domini dei tui: ut custodias & facias omnia mandata eius que ego p̄cipio tibi hodie: faciet te dominus deus tuus excelsiorem cunctis gentibus terre. Venientq; super te omnes benedictiones iste & apprehendent te: si tamen audieris vocem domini dei tui. Benedictus tu in ciuitate: & benedictus in agro. Benedictus fructus ventris tui & fructus terre tue: fructus iumentorum tuorum: greges armentorum tuorum & caulę ouium tuarum. Benedictum horreum tuum & reliquum supellectilis tue. Benedictus eris ingrediens & benedictus egrediens. Mittet dominus in te famem & pestilentiam & vastitatem in cunctis in quibus manum tuam miseris: donec conterat te & deleat velociter propter nequitiam adinventionum tuarum: quibus dereliquisti me. Adhereat domino pestilentia donec consumat te de terra ad quam ingredieris possidendam. Percutiat te egritudine & febre & frigore & estu & aeris corruptione & rubigine: & persequantur te donec pereas. Sit tibi celum desuper quasi es: & terra quam calcas ferrea. Det dominus imbrem terre tue pulverem & cinerem de celo descendat super te: donec conteraris. Tradat te dominus corruptum coram inimicis tuis: per vnam viam egredieris contra eos & per septem fugies coram eis: & dispergeris in cunctis regnis terre. Erit cadaver tuum in escam omnibus volucribus celi & bestijs terre: & non erit qui abigat. Percutiat te dominus vlcere egypti & inguinibus & scabie & prurigine: de quibus curari non possis. Percutiat te furore & amentia & cecitate mentis: palpes in meridie sicut palpare solet cecus in tenebris: & non dirigas vias tuas. Eris autem calumniam patiens omnibus diebus: & vi opprimeris nullo liberante. Desponsabitur tibi mulier: & alius dormiet cum ea. Edificabis domum & non habitabis in ea. Plantabis vineam & non vindemiabis eam. Bos tuus immolabitur coram te & non comedes ex eo. Asinus tuus rapietur in conspectu tuo & non restituetur tibi. Oues tue dabuntur inimicis tuis: & non erit qui te adiuuet. Filij tui & filie tue tradentur alteri populo: videntibus oculis tuis & deficientibus ad eos tota die: & non erit fortitudo in manu tua. Fructus terre tue & omnes labores tui comedet populus quem ignorabas: & eris calumniam patiens & oppressus cunctis diebus. Et insanies ad spectum oculorum tuorum quę videbis. Percutiat te dominus vlcere pessimo in genibus & in femoribus: a planta pedis usq; ad verticem tuum: in quo curari non possis. Ducet te dominus & regem tuum quem constituisti super te in gentem quam ignorabas tu & patres tui: & ibi seruies diis alienis ligno & lapidi. Et eris in stuporem & in proverbium & in fabulam cunctis populis ad quos ducet te dominus. Semen multum ejicies in agrum & modicum congregabis: quia locusta consumet. Vineam plantabis & colas & vinum non bibes neque colliges: quia vermis comedet. Olivam habebis in cunctis terminis tuis & non ungueris oleo: quia fructus eius excidet. Filios & filias generabis & non habebis eos: quia ducentur in captiuitatem. Omnia ligna tua & fructus terre tue robigo consumet. Aduena qui habitat in medio tui ascendet super te per gradum: tu descendes per ruinam. Ipse fenerabit tibi & tu non fenerabis ei: ipse erit in caput & tu eris in caudam. Venient super te omnes maledictiones iste & persequentur te & apprehendent donec conteraris: quia non audisti vocem domini dei tui: ut custodires mandata & cerimonias eius que precepit tibi. Et erunt in te in signum & in ostentum & in semine tuo usq; in sempiternum: eo quod non seruieris domino deo tuo in gaudio & letitia cordis: propter habundantiam omnium. Seruies ergo inimico tuo quem mittet dominus deus tuus in te: in fame & in siti & in nuditate & in penuria omnium: & ponet jugum ferreum super cervicem tuam donec conterat te. Adducet dominus super te gentem de longinquo & de extremis terre finibus: velut impetu aquile volat: gentem cuius linguam ignorabis: gentem procacem que non habet reverentiam senis & puerum non miserabitur. Et comedet fructum iumentorum tuorum & fructum terre tue donec pereas: & non relinquet tibi triticum vinum & oleum: armenta boum & greges ouium donec te faciat perire. Et obsidebit te in cunctis urbibus tuis: donec corruant muri tui excelsi & munitissimi in quibus habes fiducias per totam terram tuam. Et comedes fructum ventris tui: carnes filiorum tuorum & filiarum tuarum quas dominus deus tuus dabit tibi in obsidione & in vastitate qua atterent te inimici tui. Homo delicatus in te & nimis luxuriosus: & qui vix humum pede tangere consuevit: invidebit fratri suo & uxori quam diligit & reliquis filiis suis quos genuit: ne det eis de carnibus filiorum suorum quas comedet: eo quod nihil aliud habeat in obsidione & in vastitate qua atterent te inimici tui in cunctis urbibus tuis. Mollis & delicata mulier: que super humum ingredi non valebat pre nimia teneritudine & delicijs: invidebit viro suo quem diligit & filio suo & filie: secundinis que egrediuntur de medijs natibus eius & liberis quos parit: comedens eos pre inopia omnium occulte in obsidione & in vastitate qua atterent te inimici tui intra portas tuas. Si non custodieris & feceris omnia verba legis huius que scripta sunt in libro isto: ut timeas nomen gloriosum & horribile hoc: dominum deum tuum. Et magnificabit dominus plagas tuas & plagas seminis tui: plagas magnas & diuturnas: infirmitates pessimas & perpetuas. Et conuertet omnes egritudines egypti quas timuisti: & adherebunt tibi. Insuper & omnem infirmitatem & plagam que non est scripta in libro legis huius: inducet dominus super te donec conteraris. Et remanebitis pauci numero: pro eo quod fuistis quasi stellę celi multę: quia non audisti vocem domini dei tui. Et erit sicut lętatus est super vobis bene facere & multiplicare vos: ita lętabitur super vobis perdere & conterere vos: & auferemini de terra ad quam ingredieris possidendam. Dispergetque te dominus in omnes populos a finibus terre usq; ad terminos eius: & ibi seruies diis alienis quos ignorabas tu & patres tui: ligno & lapidi. Et inter gentes illas non requiescet: nec erit requies pedibus tuis. Dabit autem dominus ibi cor pauidum & deficientes oculos & animam merentem. Et erit vita tua quasi pendens ante te: timebis die ac nocte & non credes vitę tue. Mane dices: Quis mihi det vesperum? & vespere dices: Quis mihi det mane? propter cordis tui formidinem qua pauebis: & propter visa oculorum tuorum que videbis. Et reducet te dominus classibus in egyptum per viam de qua dixi tibi: ut ultra non videas eam. Et ibi venundabimini inimicis vestris in seruos & ancillas: & non erit qui emat. Hec sunt verba pactionis quam precepit dominus moysi ut feriret cum filijs israel in terra moab: preter pactum quod pepigerat cum eis in horeb. Vocauitque moyses omnem israel & dixit ad eos: Vos vidistis omnia que fecit dominus coram oculis vestris in terra egypti pharaoni & seruis eius & vniuerse terre illi: temptationes magnas quas viderunt oculi tui signa & prodigia illa grandia. Et non dedit dominus vobis cor intelligens & oculos videntes & aures audientes usq; in presentem diem. Ego duxi vos quadraginta annis per desertum: non sunt attrita vestimenta vestra de tribus tuis & calciamenta pedum vestrorum non sunt consumpta. Panem non comedistis & vinum & omne quod inebriare potest non bibistis: ut sciretis quia ego dominus deus vester. Et venistis ad locum istum: egressusque est sehon rex esebon & og rex basan in occursum nobis ad prelium: & percussimus eos. Et tulimus terram eorum: & dedimus eam in possessionem rubenitis & gaditis & dimidie tribui manasse. Custodite ergo verba pacti huius & implete ea: ut intelligatis cuncta que facitis. Vos omnes stetistis hodie coram domino deo vestro: principes vestri & tribus vestre: maiores natu & doctores: cuncta multitudo virorum israel: parvuli vestri & uxores vestre: & aduena qui habitat in medio castrorum vestrorum: exceptis his qui ligna vobis cedunt & aquam portant: ut transeatis in fedus domini dei tui & in execrationem eius quod hodie domini deus tuus percutit. Ut suscitet te hodie populum sibi: & ipse sit deus tuus sicut locutus est tibi & sicut iurauit patribus tuis abraham ysaac & iacob. Non vobis solis ego hec pactum & execrationem hanc scribo: sed cum hic nobiscum hodie coram domino deo nostro stat: tam eis qui non sunt hodie nobiscum. Scitis enim quomodo habitauerimus in terra egypti: & quomodo transierimus per medias gentes quas preterivimus. Et vidistis abhominationes eorum & idola: lignum & lapidem argentum & aurum que apud eos erant. Ne forte sit in vobis vir aut mulier aut familia aut tribus que hodie cor habeat auersum a domino deo nostro: & vadat & seruiat diis gentium illarum: ne sit in vobis radix germinans fel & amaritudinem. Et cum audierit verba maledictionis huius benedicat sibi in corde suo dicens: Pax erit mihi & ambulabo in prauitate cordis mei: ut addat ebrietati siti. Non concedet dominus illi: sed tunc fumus furor eius & zelus viri illius ardebit contra hominem illum: & descendent super eum omnes maledictiones que scripte sunt in libro isto: & delebit dominus nomen eius sub celo. Et separabit eum in malum de cunctis tribubus israel: iuxta omnes maledictiones fedus que scripte sunt in libro legis huius. Et dicet generatio altera filiorum vestrorum qui nascentur de vobis: & peregrinus qui de terra procul venerit: videntes plagas terre illius & infirmitates quibus infirmata est: sulphur & salem & omnem terram eius exustam: ne seminari quidquam nec germinare nec herbam ullam oriri posse in ea: sicut subversionem sodome & gomorre adame & seboim que subvertit dominus in furore & ira sua. Et dicent omnes gentes: Quare fecit dominus sic terre huic? quis est hic furor ire eius tam grandis? Et respondebunt: Quia dereliquerunt pactum domini dei patrum suorum quod pepigit cum eis quando eduxit eos de terra egypti: & abierunt & seruierunt diis alienis & adorauerunt eos: deos quos ignorabant & quos nullo modo dederat eis. Idcirco furor domini succensus est contra terram illam: ut induceret super eam omnes maledictiones que scripte sunt in libro isto. Et euulsit eos dominus de terra sua in ira & furore & indignatione magna: & proiecit in terram alienam sicut hodie cernitur. Quę abscondita sunt domino deo nostro: revelata autem nos & filios nostros usq; in sempiternum: ut faciamus omnia verba legis huius. Cum autem venerint super te omnia verba hec benedictionis & maledictionis que proposui coram te: & reuocaueris ea ad cor tuum inter omnes gentes in quas eiecit te dominus deus tuus: & conuersus ad dominum deum tuum audieris vocem eius tu & filij tui in toto corde tuo & in tota anima tua: sicut ego precipio tibi hodie: cuncta que precepit tibi dominus deus tuus reuocabit: & miserebitur tui. Et reuertetur & congregabit te de cunctis populis in quos dispersit te dominus deus tuus. Si fuerit vsq; ad extremum celi: inde te eruet & inde tollet. Et introducet te dominus deus tuus in terram quam possederunt patres tui: & possidebis eam & benefaciet tibi & multiplicabit te super patres tuos. Circumcidet dominus deus tuus cor tuum & cor seminis tui: ut diligas dominum deum tuum in toto corde tuo & in tota anima tua: & viuas. Et omnes maledictiones has conuertet dominus deus tuus super inimicos tuos & eos qui te oderunt & persecuti sunt. Tu autem reuertere & audi vocem domini: & facies mandata eius que ego precipio tibi hodie. Et abundare te faciet dominus deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum in fructu ventris tui & in fructu iumentorum tuorum & in fertilitate terre tue. Reuertetur enim dominus ut gaudeat super te in bonis: sicut gauisus est super patribus tuis. Si audieris vocem domini dei tui: & custodieris mandata eius & cerimonias que scripte sunt in libro legis huius: & conuersus ad dominum deum tuum in toto corde tuo & in tota anima tua. Mandatum hoc quod ego precipio tibi hodie: non supra te est neque procul positum. Non in celo situm: ut possis dicere: Quis ascendet pro nobis in celum & inde illud tollet ad nos: & audire nos faciet & opere complebimus? Neque trans mare positum: ut causeris & dicas: Quis transfretabit pro nobis mare & illud ad nos deferet: & audire nos faciet & opere complebimus? Sed iuxta te est sermo valde in ore tuo & in corde tuo: ut facias illum. Ecce ego hodie proposui coram te vitam & bonum & e contrario mortem & malum: quod precipio tibi hodie ut diligas dominum deum tuum & ambules in viis eius & custodias mandata illius & cerimonias & iudicia: & viuas & multiplicatus benedicat tibi dominus deus tuus in terra ad quam ingredieris possidendam. Si autem auerterit cor tuum & nolueris audire: & errore deceptus adoraueris deos alienos & seruieris eis: predico vobis hodie quod pereatis & non diu habitetis super terram ad quam transgresso iordane ingredieris possidendam. Testes invoco hodie celum & terram quod proposuerim coram vobis vitam & mortem: benedictionem & maledictionem. Elige ergo vitam ut & tu viuas & semen tuum: & diligas dominum deum tuum & obedias voci eius & illi adhereas. Ipse enim vita tua & longitudo dierum tuorum: ut habites in terra quam iurauit dominus patribus tuis abraham ysaac & iacob ut daret eis. Vocauitque moyses omnem israel & dixit ad eos: Centum viginti annorum sum hodie: non possum ultra egredi & ingredi: dominus quoque dixit mihi: Non transibis iordanem istum. Dominus deus tuus ipse transibit ante faciem tuam: ipse delebit omnes gentes has coram te & possidebis eas. Iosue ipse transibit ante faciem tuam sicut locutus est dominus. Faciet autem eis sicut fecit sehon & og regibus amorreorum & terre eorum quos disperdidit. Tradetque eos dominus coram facie vestra: & facietis eis iuxta omne mandatum quod precepi vobis. Viriliter agite & confortamini: nolite timere nec paueatis eos: quia dominus deus tuus ipse est dux tuus & non dimittet nec derelinquet te. Vocauit ergo moyses iosue & dixit ad eum coram omni israel: Confortare & esto robustus: tu enim introibis cum populo isto terram quam iurauit dominus patribus eorum ut daret eis: & tu eam sortiendo possidebis. Dominus ipse ante faciem tuam ibit: ipse erit cum eo & non dimittet nec derelinquet te. Ne timeas nec paueas. Scripsit ergo moyses canticum hoc: & docuit filios israel. Dixitque dominus ad moysen: Ascende ad montem abarim istum: & videbis terram quam dabo filijs israel. Cumque aspexeris eam: appone ad populum tuum sicut frater tuus aaron mortuus est in monte hor & appositus est populo suo. Quia peccastis contra me in medio filiorum israel ad aquas contradictionis in cades in deserto sin: & non sanctificastis me in medio filiorum israel. Videbis ergo terram ex aduerso & non ingredieris eam: terram quam ego dabo filijs israel. Hec est benedictio qua benedixit moyses homo dei filijs israel ante mortem suam. Et dixit: Dominus de sinai venit: & ortus est nobis de seir: apparuit de monte pharan: & cum eo milia sanctorum. In dextera eius ignea lex. Etenim diligit populos: omnes sanctos eius in manu tua sunt: & ipsi pedibus tuis subiacebunt: & accipient de doctrina tua. Legem mandauit nobis moyses hereditatem multitudini iacob. Et fuit in vltione dilectus rex: cum congregati sunt principes populi: pariter omnes tribus israel. Viuat ruben & non moriatur: & sit parvus numero. Hec autem benedictio iude: & hec ad populum suum: Exaudi domine vocem iude & ad populum suum introduc eum. Manus eius pugnabunt pro eo: & auxiliator contra hostes eius eris. Et de leui ait: Thesbi & vrim tua viro sancto tuo quem probasti in tentatione & iuxta aquas contradictionis. Qui dixit patri suo & matri sue: Nescio vos: & fratres suos non agnouit & filios suos ignorauit. Hi custodierunt eloquium tuum & pactum tuum seruauerunt. Iudicia tua docebunt iacob & legem tuam israel. Ponent incensum in furore tuo & holocaustum super altare tuum. Benedic domine fortitudini eius & opera manuum illius suscipe. Percute dorsum resistentium ei & eorum qui oderunt eum: ut non consurgant. Et de beniamin ait: Amator domini habitabit confidenter in eo: protector eius die ac nocte & inter humeros illius requiescet. De ioseph quoque ait: Benedicta a domino terra eius de pomis celi & rore atque abysso subiacente. De pomis fructuum solis & germinibus lunaribus. De vertice montium antiquorum & de collibus eternis. De frugibus terre & plenitudine eius: & beneplacito habitantis in rubo. Veniat benedictio super caput ioseph & super verticem nazarei inter fratres suos. Primogenitus tauri pulchritudo eius: cornua rinoceri cornua eius: in ipsis gentes simul usq; ad terminos terre. Hi multitudo ephraim & hi milia manasse. De zabulon quoque ait: Lętare zabulon in exitu tuo & issachar in tabernaculis tuis. Populos ad montem vocabunt: ibi immolabunt victimas iustitie. Quia abundantiam maris sugent & thesauros absconditos arene. De gad autem ait: Benedictus qui dilatat gad. Quasi leena requiescit: & rapit brachium cum vertice. Et vidit principatum suum: quia ibi pars prefecti reposita est. Et venit principium populi: iustitiam domini fecit & iudicia eius cum israel. De dan ait: Catulus leonis dan fluet de basan. De nepthalim ait: Nepthalim abundantia perfruens & benedictionibus domini plenus: mare & meridiem possidebit. De aser ait: Benedictus in filijs aser: sit placabilis fratribus suis & tingat in oleo pedem suum. Calciamenta tua ferrea & es: & sicut dies senectutis tue ita & fortitudo tua. Non est alius deus rectus sicut deus iesurun: ascendens celum auxiliator tuus & gloria sua per nubes. Habitaculum dei refugium: & subtus brachia eius sempiterna. Delebit a facie tua inimicum & dicet: Conterere. Habitabit israel confidenter & solus: oculus iacob in terra frumenti & vini: celi quoque eius rore benedicent ei. Beatus es israel: quis similis tui populus qui salvaris in domino? clypeus auxilij tui & gladius gloriationis tue. Negabunt inimici tui te esse: & tu eorum colla calcabis. Ascendit moyses de campestribus moab super montem nabau: in verticem phasga contra hiericho: ostenditque ei dominus omnem terram galaad usq; dan & vniuersum nepthalim & terram ephraim & manasse & omnem terram iuda usq; ad mare nouissimum & australia & campestria circa hiericho ciuitatem palmarum usq; segor. Dixitque ad eum dominus: Hec est terra pro qua iurauit abraham ysaac & iacob dicens: Semini tuo dabo eam. Vidisti eam oculis tuis: ad illam non transibis. Mortuusque est ibi moyses seruus domini in terra moab iubente domino. Et sepelierunt eum in valle terre moab contra phogor: & nullus scit homo sepulchrum eius usq; in presentem diem. Centum viginti annorum erat moyses cum mortuus est: non caligauerunt oculi eius nec fortitudo eius fracta est. Flueruntque filij israel triginta diebus in campestribus moab: & impleti sunt dies fletus et luctus moysi. Iosue autem filius nun repletus est spiritu sapientie: quia moyses posuerat manum suam super eum: & audierunt eum filij israel & fecerunt sicut preceperat dominus moysi. Non surrexit ultra propheta in israel sicut moyses: quem nouerit dominus facie ad faciem: in cunctis signis atque portentis que misit eum facere in terra egypti pharaoni & seruis eius & vniuerse terre illi: & cuncta manu forti & horribilibus visionibus que fecit moyses coram omni israel.

---

a Epulaberis in omnib⁹ bonis. nō de primitijs que erāt sacerdotū: sed de oblationib⁹ pacificis quarū maior pars erat offerentiū. b Quādo cōpleueris. Hic describitur cōfessio gratitudinis in redditione decimarū. cum dicit: c Anno decimarū tertio. qō exponunt aliqui eo q̄ tertio āno erant tres decime: ut dicunt. vna enī erat ad sustentationem leuitarum. secūda erat de nouē p̄bus residuis & ista portabat in hierusalem. & inde epulabātur offerentes cum suis familijs & leuitis. & fiebat similiē singulis annis. tertia fiebat tertio anno solum: & dabat pauperibus: sed secunda decima q̄ abistis ponit: videt conficta: quia nō habet ex textu nec ex glosa: sed solū due alie: ut habitum est supp. xiiij. ca. & ideo dicendū q̄ cum dicitur: Anno decimar. ctio. intelligunt iste due decime. s. prima que erat leuitarū. & alia que erat pauper que ante fiebāt anno ctio. & iō dicit anno decimarū i plurali. duobus ꝓo ānis p̄cedentibus fiebat tm̄ prima: q̄ erat leuitarum. d Dabis leuite. s. primā decimā que leuitis debebat. e Et aduene & pupillo & vidue. aliam decimā que pro pauperibus fiebat. f Loquerisq; in conspectu domini. profitendo eius bonitatem. g Ablatuli q̄ sanctificatū est. In hebreo habetur: abstuli q̄ sanctificatū est de domo mea. i. separaui ab alijs rebus ad vsū meū ptinentib⁹. h Et dedi illud leuite & cē modo iam expositō. ideo littera nra que habet attuli: videt falsificata vitio scriptor̄ ꝓpter similitudinē dictionū: q: decime predicte que vocant hic sanctificatū nō afferebant in hierusalē: sed dabant leuitis & pauperib⁹ ad domū decimantium venientibus. nisi forsitan in casu: ut si in tertio anno esset de eis aliquod residuū: q̄ non fuisset leuitis & pauperibus traditū: tūc debebat apportari in hierusalem. i Nō preteriui mandata tua. hoc nō dicebat ad sui ipsius cōmendationē: sed agendo gratias deo qui voluntatem & fortitudinem dederat homini adimplendi mandata eius: sicut Ezechias dixit Isa. xxxviij. Memento domine quō ambulauerim coram te in veritate & corde perfecto. k Non comedi ex eis in luctu meo. i. tempore indigētie mee non consumpsi talia i vsus meos. l Nec separaui ea in qualibet immunditia. quia illud q̄ separabatur pro decima: debebat esse mundū ex parte rei separate: ita q̄ nō esset polluta ex cōtactu alicuius rei immunde. Similiter ex parte hominis separantis qui debebat esse mund⁹ quādo talia separabat. Aliter etiā exponit. m In qualibet immunditia. i. ad aliq̄ ptinens ad idolatriā: que in scriptura immunditia nominatur. n Nec expendi ex bis quicq̄ in re funebri. faciēdo inde conuiuia in sepulturis aut anniuersarijs mortuorum. cetera patent. o Hodie dominus deus tuus. Hic ponit intenta cōclusio ꝓtum ad partē secundā: que est de obedientia i diuinis mādatis. cum dicit: Hodie dominus deus tu⁹ p̄cepit tibi tē. ad est semp debes esse parat⁹ ad obediendū diuinis mandatis acsi p̄sentialiter preciperet tibi sicut fecit in monte synai. p Ut facias mandata. ꝗtū ad moralia. q Atq; iudicia. ꝗtū ad iudicialia. r Ex toto corde tuo & ex tota anima tua. hoc expositū est supp. vj. ca. s Dominū elegisti hodie. i. hoc semp debet esse in corde tuo sicut q̄n elegisti eū in monte synai legē recipiendo. t Et dñs elegit te hodie. id ē ita familiariē se habet ad te & habebit. sicut se habuit in mōte synai. dū tamē obediās ei. v Ut sis ei ꝓl's peculiaris. i. singulariter dilectus. x Et faciet te excelsiorem cuncris gentibus. in sanctitate fama & potestate: qō adimpletū est in xpo. y Quas creauit in laude & nomē & gloriā suam: ut sis populus sanctus domini dei tui sicut locutus est. quia quicquid est excellentie & boni in quacunq; creatura. ordinatur finaliter ad gloriam dei. z Cap. xxvij.

Recepit aūt moyses & seniores populo israel dicētes. Deceſt tertia pars principalis huius libri: in qua excitatur populus ad reuerentiam & obseruationem legis per benedictiones obseruatoribus conferendas: & maledictiōes transgressoribus inferendas. Et primo ponitur benedictionū & maledictionū institutio. secundo earum imprecatio. ca. xxviij. tertio earum susceptio. ca. xxix. quarto maledictionū mitigatio xxx. ca. Circa primū preponit institutionis actus. secundo subditur pronunciationis modus. ibi: Et pronunciabunt leuite: Circa primū describitur tempus. cum dicit: a Cumq; transieris iordanē in terram quam dominus deus tuus dabit tibi. quia ante ingressum terre promissionis non debebant iste benedictiones & maledictiones fieri: sed postea fuerunt facte: ut habetur Josue. viij. ca. Secundo describitur solēnitatis rit⁹ in decalogi descriptione: & altaris edificatione: & holocaustorū immolatione. b Ut possis in eis scribere omnia verba legis hui⁹ iordane transmissō. s. decem precepta decalogi: q: oīa alia nō possent ibi scribi. c Et edificabis ibi altare de lapidib⁹

quos ferrū non tetigit causa. huius dicta est Exo. xx. ca. in fine. Tertio tangit locꝰ cū subdit: Hi stabūt ad bñdicendū dño sup montē gariçim. ⁊ cum subdit post: a Et e regione isti sta. ad maledi. in mōte ebal. Sunt enī duo monticuli ꝓpinqui ⁊ ꝓpe ciuitatē sicḋm. b Et pnũciabūt. Hic ꝓnter ponit pnũciationis modꝰ. Et ꝑ circa obseruationē ⁊ transgressionē aliquoꝝ preceptorū specialiter. 2° totius legis generaliē ibi: Maledictꝰ. Circa primū dicit: Et pnunciabūt leuite. s. benedictiones ⁊ maledictiones. sed ꝓtra b vidē qō iam dictū ē qꝛ tribus leui est ꝛe stantib⁹ ad bñdicēdū. Ad qō dicunt aliq expositores qꝛ sacerdotes ⁊ leuite ꝑmo cum archa ascēdebāt mōtē gariçim: ⁊ pnũciabāt ibi bñdictiões: ⁊ ꝑ⁹ ibi existēs ꝑ singulos respondebat amē. ⁊ post ad maledicēdū cū archa ascēdebāt mōtē ebal. ⁊ ꝑ⁹ ibi existēs rñdebat amen: tū sup tribus leui noiata est cū bñdicentib⁹ tm̃: ad ꝛesignādū qꝛ ad plātos ⁊ rectores ecclesie ꝓr se ꝓtinet bñdicere: nō aūt maledicere nisi ꝑ accidēs ꝑ peccantiū cōtumacia. Ra. Sa. dic qꝛ sex tribꝰ stabāt in monte gariçim: ita qꝛ ioseph accipiat bꝰ ꝑ duabus tribubus. s. ephraim ⁊ manasse: sex aūt alie erāt in monte ebal. Sacerdotes āt ⁊ leuite erāt in medio duoꝝ montiū. ⁊ ꝑ vertebāt facies suas ꝑ⁹ sus mōtē gariçim: ⁊ pnũciabāt vnā benedictionē ꝑ modū q̄ post dicef: ⁊ ois ꝑ⁹ existens in vtroq monte rsp̃ōdebat amen. ꝑ⁹ ea vertebant facies suas ad mōtē ebal ꝓnũciando maledictionē oppositā. ⁊ ꝑ⁹ hinc ⁊ inde rsp̃ōdebat amē. offeres sup eo holocausta dño deo tuo: ⁊ imolabis hostias pacificas comedesq ibi ⁊ epulaberis coram dño deo tuo. Et scribes sup lapides oīa verba legis hui⁹ plane ⁊ lucide. Dixeruntq moyses ⁊ sacerdotes leuitici generis ad oēm israelē Attende ⁊ audi israel. Hodie factus est populus dñi dei tui Audies vocem eius: ⁊ facies mandata atq iusticias quas ego precipio tibi. Precepitq moyses populo in die illo dicens: Hi stabunt ad benedicendū domino sup mōtē gariçim iordane transmisso: symeon: leui: iudas: isachar: ioseph ⁊ beniamin. Et c e regiōe isti stabūt ad maledicendū in monte ebal: ruben: gad: ⁊ aser: zabulō: dan: ⁊ neptalim Et d pnũciabūt leuite: dicētq ad omnes viros israel excelsa voce. Maledictus e homo qui facit sculptile ⁊ conflatile abominationē dñi: opꝰ manuū artificū: ponitq illud i absc̃ōdito. Et respondebit ois ꝑ⁹ ⁊ dicet: amen. Maledictus f q̄ non honorat patrē suū ⁊ matrem suā. Et dicet ois populꝰ amen. Maledictus g qui trāsfert terminos proximi sui. Et dicet omnis populus amen. Maledictus h qui errare facit cecum in itinere. Et dicet omnis ꝑ⁹ amē. Maledictꝰ qui puertit iudiciū aduene pupilli ⁊ vidue. Et dicet omnis populus amen. Maledictus qui dormit cū vxore patris sui ⁊ reuelat opimentū lectuli ei⁹. Et dicet omnis populus amē Maledictus qui dormit cum omni iumēto. Et dicet omnis populus amen. Maledictus qui dormit cum sorore sua filia patris sui uel matris sue. Et dicet ois ꝑ⁹ amen. Maledictus qui dormit cum socru sua. Et dicet ois populꝰ amē. Maledictus qui clam percusserit proximū suū. Et dicet ois ꝑ⁹ amen. Maledictus qui dormit cum vxore proximi sui. Et dicet omnis populꝰ amen. Maledictus qui accipit munera ut percutiat animā sāguinis innocētis. Et dicet ois populus amē. Maledictus i qui nō pmanet ī sermonib⁹ legis huius: nec eos ope pficit. Et dicet ois populꝰ amē. XXVIII

J aūt k audieris vocē domini dei tui ut facias atq custodias oīa mādata eius que ego precipio tibi hodie: faciet te dominus deus tuus excelsiorem cunctis gentib⁹ que versant in terra. Venientq sup te vniuerse benedictiones iste ⁊ apprehendēt te: si tamē ꝓcepta eius audieris. Benedictꝰ tu in ciuitate: ⁊ benedictus in agro Benedictus fructus ventris tui ⁊ fructꝰ terre tue: fructusq iumētoꝝ tuoꝝ greges armentoꝝ tuoꝝ ⁊ caule ouiū tuarū. Bñdicta l horrea tua: ⁊ m bñdicte reliquie tue. Bñdictus n

Dicunt tū illi qui erant in monte gariçim stare ad bñdicendum eo qꝛ sacerdotes ⁊ leuite ꝓnũciando bñdictiones vertebant facies suas ad illos. ⁊ eodē modo dicunt alij stare ad maledicēdū Qꝛ aūt leui numerat int̃ bñdicentes tm̃: rō iam dicta est. Pōt etiā dici qꝛ aliqui de tribu leui erāt in mōte gariçim: qꝛ nō oēs erāt necessarij ad pnũciandū bñdictiones: ꝑ nulli eoꝝ erant in monte ebal. c Maledictꝰ homo. Hic nō ponit aliq bñdictio expressē. ⁊ tamē de ipsis facta est sup mentio. Ad hoc dic Ra. Sa. qꝛ intelligūt ꝑ maledictiões oppositas: ita qꝛ sacerdotes ⁊ leuite ꝑmo dixerūt. Benedictꝰ bō q̄ nō facit sculptile ⁊ ꝓflatile ꝛc̃. ⁊ rsp̃so a ꝑ⁹o amē. dicebāt: Maledictꝰ bō qui facit sculptile ⁊ cōflatile ꝛc̃. ⁊ sic ꝓsequēter de alijs maledictionib⁹ ⁊ benedictionibus oppositis. d Maledictus q̄ nō honorat patrē. In hebreo habet: Maledictus qui vilificat patrē. vilificare enī ꝓrius est qꝛ nō honorare. e Maledictꝰ q̄ transfert terminos ꝓrimi sui. ꝑ talē trāslationē furādo ptē ere. primi. f Maledictꝰ q̄ errare facit cecū in itinere. cecus vocat̃ bꝰ nō solū ille qui priuatus est visu: qꝛ tales nō incedunt sine ductore cōmuniter: sed etiā ille q̄ ignorat viā ꝑ quā debet incedere. Cetera patēt. g Maledictus qui nō pmanet. Hic ponit maledictio ⁊ bñdictio ei opposita respectu obseruātie ⁊ trāsgressionis totiꝰ legis generaliē: ⁊ sic in alijs predictis ꝑmo pronunciabāt benedictio super obseruātes: ⁊ maledictio sup trāsgredientes legē in aliquo particulari mādato. sic in isto generaliter ꝑmo pronunciabant leuite dicētes: Benedictus qui pmanet in sermonibus legis huiꝰ ⁊ respondebat a populo amen: pronunciabant maledictionē oppositam dicentes: Maledictꝰ qui nō pmanet ꝛc̃. b Cap. xxviij J autem audieris vocem. Hic ꝓsequenter ponit bñdictionū ⁊ maledictionū imprecatio: Et ꝑmo benedictionū super obseruatores legis 2° maledictionū sup transgressores. ibi: Qꝛ si audire nolueris. Circa primum sciendū qꝛ bñdictiones impcant̃ sm̃ ea que solent homines desiderare in p̃senti vita: qꝛ in veteri lege obseruatorib⁹ legis ꝓmittebāt bona tpalia tanq̄ hoībus carnalib⁹ ⁊ imperfectis: qui non possūt capere spūalia. ⁊ ꝛpter hoc dicit apl̃us ad Heb. vij. Nihil ad pfectū adduxit lex. Solent aūt hoies desiderare ꝑmo ꝓsperitatē domus sue: que ꝓsistit in fecunditate ꝓlis ⁊ abundantia tpaliū bonoꝝ. ⁊ q̄tū ad hoc dicit in gnāli: Benedictꝰ tu in ciuitate ⁊ bñdictus in agro. Et ꝓsequent explicat magis in particulari. cum dicit: Benedictꝰ fructus ventris tui ꝛc̃. i Benedicta horrea tua. qꝛ plena erunt bonis: nec putrefient ibi: k Et bñdicte reliquie tue. i. supabundātie bonoꝝ tuoꝝ: qꝛ de illis dabis pauperibus: ⁊ illi benedicent tibi. Consistit etiā bona dispositio domus in corpis incolumitate sine qua p̃dicta bona parū valerēt dei. ideo subdit: l Bñdictꝰ eris ingrediēs ꝛc̃

qz intus ciuitatē ⁊ extra poteris cōuenīēt exercere opa tibi cōuenientia. Secūdo solēt homines ⁊siderare inimicoꝝ suoꝝ ⁊pressionē: ⁊ ꝯtū ad hoc dr: Dabit dñs inimicos ⁊c. a Per vnā viā veniēt ⁊c, modus ē eni veniēdi ad pliū .s. vnite ⁊ cōiunctim: ⁊ modus fugiendi p diuersas vias. 3° ⁊siderant hoies fame celebritatē i tonitate. ⁊ ꝯtū ad hoc dicit: b Suscita.te dñs sibi i pp. sanctū. ⁊ sanctitas ista p famā diuulgabit ad dei gloriā ⁊ tuā. iō subdit: Videbuntq; oēs terrarum populi ⁊c. ⁊ subdit: c Aperiet dñs thesaurū suū optimū celū. dr aūt celū thesaurus: quia ibi reposita sūt ⁊ abscondita bona diligentib⁹ deū: ꝑm illud .j. ad Cor. ij. ca. Q̄ oculus non vidit ⁊c. Dicit aūt thesaurus: quia tota fertilitas bonoꝝ i istis inferioꝛib⁹ ꝓuenit ex influentia celi ⁊ stellaꝝ. d Et fenerabis gēt⁹ multis .i. accōmodabis. q. d. ita plen⁹ eris diuitijs q̄ poteris accōmodare gratis gentibus multis 4°. ⁊siderāt homines dñij ⁊ bonoꝛ⁊ sublimitatē ⁊ ꝯtū ad b dr. e Cōstituet te dñs ⁊ tu⁹ i caput. qz ē supioꝛ ps coꝛporis. f Ac nō recli. ab eis nec ad ⁊x. nec ad sinistrā .i. q̄cūq; impulsu ꝓsperitatis seu adūsitatis g Et si audire nolueris. Hic cōsequēt ponitur imꝑcatio maledictionū sup legis trāsgressoꝛes ⁊ sicut imꝑcate sūt bñdictiones ꝑm ea q̄ hoies ⁊siderāt in vita p̄senti ut dictū ē: sic etiam maledictiones imꝑcant ꝑm ea q̄ hoies ablorrēt in p̄ñti vita: ⁊ ꝑm b posset diuidi sequēs lra: ut patebit p distinctiones eoꝝ que ablorrent. ista aūt distinctio nō ē ita ꝑcisa q̄n ⁊ ptinētib⁹ ad vnā ptē plura ponant i alia: ⁊ ecōuerso: qz moyses ista tradebat populo p modū exoꝛtationis ⁊ ꝑdicationis: ⁊ iō frequent inᵉmiscet illa q̄ ptinēt ad diuersas maledictiones p modū cuiusdā exaggerationis. Accipiat tñ distinctio ꝑ pōt fieri p oppositū ad bñdictiones. qz ꝑmo solēt homines abhorrere malā dispositionē tom⁹ sue: q̄ cōsistit in sterilitate ꝑlis: ⁊ penuria bonoꝝ. ⁊ ꝯtū ad hoc dr: b Maledict⁹ eris i ciuitate ⁊c. ⁊ pzlrā ex ꝑdictis vsq; ibi: i Propē adinuētiones tuas. i. peccata q̄ sūt a nobis: ꝑ bona sūt a deo: ꝑm q̄ dr Deut. xiij. Peribitio tua ex te israel. tm̄ō ex me auxiliū tuū. Cōsistit etiā 2°. ꝓncipaliē mala dispositio tom⁹ in languoꝛe ⁊ infirmitate coꝛporis: q̄ ꝓtest causari multis modis ⁊ ꝯtū ad ꝑ dr: k Aldiūgat tibi dñs pestilētiā. ex fulgure. tonitruo ⁊ grādinib⁹ ⁊ similibus: bona terre ⁊ aerē coꝛꝛūpētib⁹: ex q̄b⁹ sequūnt infirmitates ⁊ languoꝛes. l Sit ce. qō su. te ē eneū i. ad modū eris siccū ⁊ clausū: ita q̄ unde nō ꝓcedat ros nec pluuia m Et ter. quā cal. fer. i. dura ⁊ sicca nullū fructū ꝓferēs. n Tradat te dñs. 2°. solēt abhorrere hoies ⁊ꝑmi ab inimicis: q̄ q̄dē ⁊pssio fit multis modis: ⁊ ꝯtū ad hoc dr Tradat te dñs corruentē ⁊c. ⁊ pz exꝑsitio ex ꝑdictis. o Sitq; cadauer tuum ⁊c. ablorret eni hō q̄ coꝛp⁹ ei⁹ occisū ab inimicis remaneat insepultū. p Percutiat te dñs vlcere egypti. ⁊ q̄ vlcere dr Exo. ix. ca. q Et partē coꝛporis ⁊c. tali plaga percussi fuerūt philistei. ut dr. j. Regi. v. r Omni tēpore calūniā sustineas. ab aduersarijs: ita q̄ nō sit tibi aliquod inᵗuallū pacis ⁊ quietis. s Uxorē accipias. nō ad lericiam ꝑ dolorem. iō subdit: t Et alius ⁊rmiat cum ea. quod solet fieri q̄n aliqui sūt ab inimicis victi: qz mulieres i prelijs nō interficiunt ꝑ victores ad luxuriā eis abutunt: ⁊ postea vilibus garçonib⁹ dimittuntur. v Domum edifices ⁊ non habites in ea. afflictio magna est non reportare fructum ab illis in quibus homo multū laborauit: sicut est in edificatione domus ⁊ plantatione vinee ⁊ similibus. x Filij tui ⁊ filie tue tradentur alteri populo. quod fit quando aduersarij victores existentes capiunt eos ⁊ vendunt in seruos ⁊ ancillas. y Videntib⁹ oculis tuis ⁊ deficientibus ad conspectum eoꝝ ⁊c. qō facit ad augmētū doloris

eris ingrediens ⁊ egrediens. Dabit dñs inimicos tuos q̄ cōsurgēt aduersum te corruentes i ꝓspectu tuo. Per vnā viā veniēt ꝯ te: ⁊ perseptē fugient a facie tua. Emittet dñs benedictionē sup cellaria tua ⁊ sup oīa opera manuū tuarum: benedicetq; tibi i terra quā acceperis Suscitabit⁵ te dñs sibi i populum sanctū sicut iurauit tibi: si custodieris mādata dñi dei tui ⁊ ambulaueris in vijs eius. Videbuntq; omnes terraꝝ populi q̄ nomē dñi inuocatū sit sup te ⁊ timebunt te. Abundare te faciet dñs oībus bonis: fructu vteri tui ⁊ fructu iumentoꝝ tuoꝝ: fructu terre tue quā iurauit dñs patrib⁹ tuis ut daret tibi. Aperiet dñs thesaurū suum optimū celū: ut tribuat pluuiam terre tue in tēpoꝛe suo benedicetq; cunctis operibus manuū tuarum. Et fenerabis gentibus multis: ⁊ ipse a nullo fenus accipies. Constituet te dñs ⁊ tu⁹ in caput ⁊ non in caudā ⁊ eris sp supra ⁊ nō subt si tm̄ audieris mādata dñi dei tui que ego ꝑcipio tibi hodie: ⁊ custodieris ⁊ feceris: ac nō declinaueris ab eis nec ad dexteram nec ad sinistrā: nec secutus fueris deos alienos necq; colueris eos. Qd si audire nolueris vocē dñi dei tui: ut custodias ⁊ facias omnia mandata eius ⁊ cerimonias quas ego ꝑcipio tibi hodie: venient super te omnes maledictiones iste ⁊ apprehendent te. Maledict⁹ eris in ciuitate: maledict⁹ in agro. Maledictū horreū tuū: ⁊ maledicte reliqe tue. Maledictus fruct⁹ ventris tui ⁊ fructus terre tue: armenta boum tuoꝝ ⁊ greges ouiū tuarū. Maledictus eris ingrediens: ⁊ maledictus egrediens. Mittet dñs super te famē ⁊ esurie ⁊ increpationem in omnia opera tua que tu facies donec conterat te ⁊ perdat velocit ꝑ inuentiones tuas pessimas in quibus reliqsti me. Adiungat tibi dñs pestilentiā donec consumat te de terra ad quā ingredieris possidendam. Percutiat te dñs egestate febri ⁊ frigore: ardore ⁊ estu ⁊ aere corrupto ac rubigine ⁊ psequat donec pereas. Sit celū quod supra te est eneū: ⁊ tra quā calcas ferrea. Det dñs hymbrem terre tue puluerem: ⁊ de celo descēdat sup te cinis donec cōteraris. Tradat te dñs corruentem ante hostes tuos: ⁊ p vnā viam egrediaris cōtra eos: ⁊ p septem fugias ⁊ dispergaris p omnia regna terre. Sitq; cadauer tuum in escam cūctis volatilib⁹ celi ⁊ bestijs terre ⁊ nō sit qui abigat. Percutiat te dominus vlcere egypti: ⁊ partē coꝛporis per quā stercora digeruntur: scabie quoq; ⁊ prurigine: ita ut curari nequeas. Percutiat te dñs amentia ⁊ cecitate ac furoꝛe mentis: ⁊ palpes in meridie sicut palpare solet cecus in tenebris: ⁊ non dirigas vias tuas. Omni tempoꝛe calūniā sustineas: ⁊ opprimaris violētia nec habeas qui liberet te. Uxoꝛem accipias: ⁊ alius dormiat cum ea. Domum edifices ⁊ non habites in ea. Plantes vineam: ⁊ non vindemies eā. Bos tuus immoletur coram te ⁊ non comedas ex eo. Asinus tu⁹ rapiatur in cōspectu tuo: ⁊ nō reddatur tibi. Oues tue dentur inimicis tuis ⁊ non sit qui te adiuuet. Filij tui ⁊ filie tue tradant alteri populo videntib⁹

a Fructꝰ terre ⁊c. comedat populus quē ignoras. quia omnia bona hominum vniuersorum consumuntur ab inimicis: ⁊ si ē aliquid residuum rapit ⁊ portatur alibi. b Etiñ furis. sura est posterior pars tibie. c Ducetq; te dominus ⁊ regem tuum ⁊c. ⁊ hoc fit quando aduersarij victos nolunt occidere: sed ducunt eos captiuos: ⁊ affligunt lōga morte. Tertio solent homines abhorrere infamiam ⁊ improperia sustinere: ⁊ ꝙtū ad hoc dicit: Et eris perditus in prouerbiū ⁊ fabulam omniꝫ populis. ⁊ subdit. d Sementem multam iacies in terram ⁊c. ut per hoc appareat omnibus ꝙ tu es homo maledictus a deo ⁊ derelictꝰ. Quarto solent homines abhorrere subiectionem: ⁊ maxime ab inferioribus se. ⁊ ꝙtum ad hoc dicitur: e Aduena qui tecum versatur in terra ascendet super te. ꝙtum ad diuitias. iō subdit: Ipse fenerabit tibi. ⁊ ꝙtū ad honores. iō subdit: Ipse erit in caput ⁊c. subdit: f Et erūt in te signa. id est pestilentie de celo descendētes. g Atq; pdigia. de terra. Vel aliter Signa. i. infortunia de p̄senti. Atq; pdigia. id est infortunia de futuro: vnde dicitur p̄digiū quasi procul a digito. id est longe a p̄sentibus que digito possūt tāgi. Quinto solent homines abhorrere obsideri ab inimico ꝙ tūc multa mala contingūt ipsis obsessis: ⁊ maxie quādo obsessio ē longa ⁊ a gente crudelissima. ⁊ ꝙtum ad hoc dicitur: Adducet dominus super te gentem ⁊c. h In similitudinē aquile volantis cum impetu. id est ita subito veniētis ꝙ nō poteris te parare ad resistendum victualibus ⁊ armis. i Cuius linguam intelligere non possis. oculis tuis ⁊ deficientibus ad conspectum eorum tota die: ⁊ non sit fortitudo in manu tua. Fructusᵃ terre tue ⁊ omnes labores tuos comedat populus quem ignoras: ⁊ sis semper calūniam sustinens: ⁊ oppressus cunctis diebꝰ: ⁊ stupens ad terrorem eorum que videbūt oculi tui. Percutiat te dominus vlcere pessimo i genibus ⁊ᵇ in suris: sanariq; nō possis a plāta pedis vsq; ad verticē tuū. Ducetq; te dominus ⁊ regem tuū quem cōstitues super te in gentem quam ignoras tu ⁊ patres tui: ⁊ seruies ibi dīs alienis ligno ⁊ lapidi: ⁊ eris perditus in prouerbium ac fabulam omnibus populis ad quos te introduxerit dominus. Sementemᶜ multam iacies in terram ⁊ modicum congregabis: quia locuste deuorabunt omnia. Vineā plantabis ⁊ fodies: ⁊ vinū nō bibes: nec colliges ex ea quippiam: qm̄ vastabitur vermibꝰ. Oliuas habebis in omnibus finibus tuis ⁊ nō vngeris oleo quia defluent ⁊ deperibunt. Filios generabis ⁊ filias: ⁊ non frueris eis: quoniā ducentur in captiuitatem. Omnes arbores tuas ⁊ fruges terre tue rubigo consumet. Aduenaᵉ qui tecum versatur in terra: ascendet super te eritq; sublimior: tu autem descendes: ⁊ eris inferior. Ipse fenerabit tibi: ⁊ tu nō fenerabis ei. Ipse erit in caput: ⁊ tu eris in caudam. Et venient super te omnes maledictiōes iste ⁊ persequentes apprehendent te donec intereas: quia non audisti vocem domini dei tui nec seruasti mādata eius ⁊ cerimonias q̄s p̄cepit tibi. Etᶠ erūt in te signa atq;ᵍ pdigia ⁊ in semine tuo vsq; in sempiternū: eo ꝙ nō seruieris dño deo tuo i gaudio cordisq; letitia p̄pter rerū omnium abundantiam. Seruies inimico tuo quem emittet tibi dīs in fame ⁊ siti ⁊ nuditate ⁊ omni penuria: ⁊ ponet iugum ferreum super ceruicem tuā donec te conterat. Adducet dominus super te gentem de longinquo ⁊ de extremis terre finibꝰ in ʰ similitudinem aquile volantis cum impetu: cuiusⁱ linguā intelligere non possis: gentē ᵏ procacissimam que nō deferat seni nec misereatur paruuli: ⁊ deuoret fructum iumentorum tuorum ac fruges terre tue donec intereas: ⁊ non relinquat tibi triticum vinum ⁊ oleum armenta boum ⁊ greges ouiū donec te disperdat ⁊ conterat in cunctis vrbibus tuis: ⁊ destruant muri tui firmi atq; sublimes: in quibus habebas fiduciam in omni terra tua. Obsideris ˡ intra portas tuas in omni terra tua quā dabit tibi dominus deus tuus: ⁊ ᵐ comedes fructum vteri tui ⁊ carnes filiorum tuorum ⁊ filiarū tuarū quas dederit tibi dominus deꝰ tuus in angustia ⁊ vastitate q̄ opprimet te hostis tuꝰ. Homo delicatus i te ⁊ luxuriosus valde inuidebit fratri suo ⁊ vxori que cubat in sinu suo ne det eis de carnibus filiorū suorū quas comedet eo ꝙ nihil aliud habeat in obsidione ⁊ penuria qua vastauerint te inimici tui intra omnes portas tuas. Teneraⁿ mulier ⁊ delicata que super terram ingredi non valebat: nec pedis vestigium figere propter mollitiem ⁊ teneritudinem nimiam: inuidebitᵒ viro suo qui cubat in sinu eiꝰ super filij ⁊ filie carnibus ⁊ᵖ illuuie secundinarum ʳ que egrediunt de medio feminū eius: ⁊ ˢ super liberis qui eadem hora nati sunt. Comedent enim eos clam propter rerum omnium penuriam i obsidione ⁊ vastitate qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas. Nisi custodieris ⁊ feceris oia verba legis huius que scripta sunt in hoc volumine: ⁊ timueris nomen eius glorioſum ⁊ terribile: hoc est dominum deum tuum: augebit dñs plagas tuas ⁊ plagas seminis tui: plagas magnas ⁊ perseuerantes: infirmitates pessimas ⁊ perpetuas: ⁊ cōuertet in te omnes afflictiōes egypti q̄s timuisti. ⁊ adherebūt tibi. Insuper ⁊ vniuersos languores ⁊ᵗ plagas que non sunt scripte in volumine legis huius: inducet dñs super te: donec te cōterat. ⁊ sic nō poteris cū eis tractare de pace. k Hēc tem procacissimam. ⁊ ideo nō dimittet obsidionem. l Que non deferat seni nec misereatur paruuli: deuoret fructum iumentorum tuorū ⁊c. capta ciuitate & omnia destruēs. m Obsidebēris intra portas tuas i omni terra tua: ita ꝙ nō poteris adiuuare alios fratres tuos nec ipsi te necper arma nec per victualia. iō subditur: n Et comedes fructum vteri tui ⁊ carnes filiorum tuorum ⁊ filiarum tuarum q̄s dederit tibi dominus deus tuꝰ ⁊c. pre nimia fame: quod ē maxime horribile. o Tenera mulier ⁊ delicata q̄ sup terrā igredi non valebat. nō ex defectu membroꝝ & pre teneritudine: sicut in eundo sustentantur magne homine. p Inuidebit viro suo qui cubat in sinu eius super filij ⁊ filie carnibꝰ id est abscondet: ne inde accipiat partem: sed ipsa totū glutiat pre nimia fame. q Et illuuie. id est immunditie. r Secundinarū. dicuntur autem secundine pelliculе in quibꝰ inuoluuntur pueri in ventre matris ⁊ simul egrediūtur cum eis quādo nascuntur. Dicūt aliq; ꝙ melius dī: Secundarū de medio femorum eius. i. coxarū ei⁹. s Et sup literis q̄ eadem hora nati sūt cū pdict̄ pelliculis. t Et

plagas que nō sunt scripte. quia nō possunt ad plenum exprimi pre multitudine ⁊ magnitudine. a Et sicut ante letatus est dñs sup vos bene vobis faciens. vtens sua benignitate ⁊ gratia: quando ei seruiebatis. b Sic letabit̄ disperdēs vos. vtēs sua equitate ⁊ iusticia: eo q̄ a seruitute eius recesseritis. c Disperget te dñs i gēs populos. quod factū ē p titū ⁊ vespasianū. xlij. anno a passione xp̄i: eo q̄ peccauerant occidendo eum. d In gētibus q̄s illis nō quiesces. q̄ frequenē eijcium̄ de ciuitate i ciuitatē: ⁊ de regno i regnū. e Dabit enī tibi dñs ibi cor pauidū. timore maloꝝ iminētiū de futuro. f Et deficientes oculos ⁊c. dolore maloꝝ p̄ntiū. g Et erit vita tua q̄si pendēs añ te. i. in pēdulo posita ex piculis imminētibus. b Et nō credes vite tue. s. q̄ possit etiā ad modicū stare: utpote de mane ad vesperā ⁊ econuerso. iō ibidē: Mane dices ⁊c. ⁊ patet. i Reducet te dñs classibus in egyptum. ⁊ ibi factū fuit p titum ⁊ vespasianū: q̄ ut dicit Josephꝰ libro de iudaico bello: capta ciuitate hierusalem multi iudei fuerunt captiui: intantū q̄ vabant xxx. pro denario vno: ut dicunt alij: ⁊ iō onerate fuerūt plures naues de ipsis in quibus ducti sūt in alexandriam q̄ est in egypto: ut ibi reuenderent̄ eaꝝ a mercatoribꝰ q̄ eos emerāt. k

Et remanebitis pauci numero qui prius eratis sicut astra celi pre multitudine: qm̄ non audistis vocem dñi dei vestri. Et sicut ante letatus est dñs super vos: bene vobis faciens vosq̄ multiplicās: sic̄ letabitur dispdens vos atq̄ subuertens: ut auferamini de terra ad quā ingredieris possidendam. Dispergetˢ te dñs in omnes populos a sūmitate terre vsq̄ ad t̄minos eius: ⁊ seruies ibi dijs alienis quos ⁊ tu ignoras ⁊ patres tui lignis ⁊ lapidibꝰ. Jnᵒ gentibꝰ quoq̄ illis non quiesces: neq̄ erit requies vestigio pedis tui. Dabitᵉ enim tibi dñs ibi cor pauidum ⁊ deficientes oculos ⁊ animam consumptam merore. ⁊ᵍ erit vita tua quasi pendens ante te. Timebis nocte ⁊ die ⁊ʰ non credes vite tue. Mane dices: quis mihi det vesperum: ⁊ vespere quis mihi det mane: p̄ pter cor dis tui formidinem qua terreberis: ⁊ prop̄ ea que tuis videbis oculis. Reducetⁱ te dominus classibus in egyptum p viam de qua dixit tibi ut eam amplius nō videres. Jbi venderis inimicis tuis in seruos ⁊ ancillas: ⁊ non erit qui emat.

Ec sunt verba federis quod precepit dñs moysi ut ferret cum filijs israel in terra moab: p̄ter illud fedus quod cū eis pepigit in oreb. Vocauitq̄ moyses omnem israel: ⁊ dixit ad eos: Vos vidistis vniuersa que fecit dñs coram vobis in terra egypti pharaoni ⁊ omnibus seruis eius vniuersoq̄ terre illius: tentationes magnas quas viderunt oculi tui: signa illa portentaq̄ ingētia: ⁊ non dedit vobis dñs cor intelligēs ⁊ oculos videtes: ⁊ aures que possint audire vsq̄ in presentē diem. Adduxitᵏ vos quadraginta annis per deserta: nō sūt attrita vestimenta vestra: nec calciamenta pedum vestrorum vetustate cōsumpta sunt. Panemˡ nō comedistis: vinumᵐ ⁊ siceram non bibistis: utⁿ sciretis q̄ ipse est dñs deus vester. Etᵒ venistis ad hunc locum: egressusq̄ sehon rex esebon ⁊ og rex basan occurrētes nobis ad pugnam: ⁊ percussimus eos ⁊ tulimus terram eorum: ac tradidimus possidendam ruben ⁊ gad ⁊ dimidie tribui manasse. Custodite ergo verba pactiᵖ huius ⁊ implete ea ut intelligatis vniuersa que facitis. Vosᵠ statis hodie cuncti coram domino deo vestro: principes vestri ⁊ tribus ac maiores natu atq̄ doctores omnis populus israel: liberi ⁊ vxores vestre ⁊ aduene qui tecum morantur in castris exceptis lignorum cesoribus ⁊ his qui comportant aquas: utʳ trāseas in federe dñi dei tui: Jurē iurejurando quod hodie dñs deus tuus percutit tecum ut suscitet te sibi in populum ⁊ ipse sit dominus deus tuus sicut locutus est tibi: ⁊ sicut iurauit patribus tuis abrahām isaac ⁊ iacob. Necˢ vobis solis ego hoc fedus ferio ⁊ hec iuramenta confirmo: sed cunctis presentibus ⁊ absentibᵗ. nō q̄ sit alia lex ab illa q̄ fuit data i mōte synai. sed q̄ sunt in hoc libro aliq̄ addita ad illius legis declarationē: ⁊ p̄ benedictiones ⁊ maledictiōes hic expssas p modū additiōis. Et p̄ter expm̄ed tri q̄ notat cū dr: m Vos vidistis ⁊c. i terra egypti. pcutiendo multiplicie egyptios: ut vos inde educeret. n Tentatiōes magnas. sicut eni dñs tentādo abrahā. notā fecit alijs eiusᵛ obediētiā sic totiēs pcutiēs egyptios notā fecit alijs eoꝝ malitiā ⁊ duritiā ⁊ iō plage ille tētationes dei possūt dici. o Signa illa. de celo immissa: sicut grādines igne ⁊ tonitrua: ut hr Exo. ix. p Portētaq̄ ingētia. data de terra sicut in spsione cineris facte sūt de sice turgētes sup egyptios: ut legit Exo. ix. ⁊ i pcussione pulueris ere facti sunt cynifes Exo. viij. q Et nō dedit vobis dñs cor intelligēs. q̄ post predicta signa frequenē ꝯ dñm murmurauerūt nec eiᵛ bñficia debito mō recognouerūt. secūda cā ē sustētatio i deserto: q̄ notat cū dr: r Adduxit vos. xl. annis p desertū. i colūna ignis ⁊ nubis dās cōductū ⁊ in descensu mane victū. s Nō sūt attrita. de. vestra q̄ dina ꝑtute sūt cōseruata. t Panē nō comedistis. de labore vestro acq̄situ ꝑ celitus datū. v Vinū ⁊ si. nō bibistis. q̄ talia nō legūtur habuisse in deserto ꝑ aquā de petra eductā. x Ut sciatis. q̄ ipse ē dñs. q̄ in deserto sic vobis. p̄uidit sua virtute ⁊ grā. Sciendū tñ q̄ aliqua victualia habuerūt p emptionē ut dictū fuit ꝑ. ij. ca. ꝑ hoc fuit in exitu de deserto q̄ emerūt ab idumeis ⁊ moabitis: quoꝝ terra erat fructifera: p quoꝝ finia trāsierūt filij israel. y Et de. ad hūc locū. q̄ erat inde desertū ⁊ terra. pmissionis: deo deducēte vos ⁊ protegēte. iō ibidē. z Egressusq̄ est eos ⁊c. ista exposita sunt Nu. xxj. ca. vbi plenius habent. ⁊ tūc inferē cōclusio. cū dr: Custodite q̄ verba pactiᵖ huius ⁊c. ⁊ sequit: a Vos statis. hic p̄ponit. pfessiōis forma q̄ fuit sub iuramēto ut eēt firma. ⁊ p̄mo cū p̄ntib. cū dr: Vos statis. de. co. cūc. co. dño deo vro. ut. pfiteamini legē eiᵛ obseruare ibꝰ pena maledictionū sup̄dictaꝝ ⁊ p̄mio bñdictionū: iō ibidē: b Ut trāseas ⁊c. Jsic seruꝰ i domagiū dñi sui. c Et i iure iurā. q̄ hodie dñs ⁊c. q̄ vitas dina rone sue firmitatis ex vim iuramēti de impletiē. pmissi: ⁊ similie obligatio ꝑtis fuit sub attestatiē iuramēti. 2°. fit cū futuris. cū dr: d Nec vobis solis

gad ciuitates cōfugij: ramoth in galaad ⁊ manaim ⁊ eſebon ⁊ iaçer: ciuitates quatuor cum ſuburbanis ſuis. De tribu ruben vltra iordanē cōtra biericho ciuitates refugij: boſor in ſolitudine miſor ⁊ iaçer ⁊ iethſon ⁊ maſpha: ciuitates q̄tuor cū ſuburbanis ſuis. Omnes vrbes filioꝝ merari p familias ⁊ cognatiōes ſuas duodecim. Itaq; a ciuitates vniuerſe leuitarum in medio poſſeſſionis filioꝝ iſrael: fuerūt q̄draginta octo cū ſuburbanis ſuis: ſingule per familias diſtribute. Dixitq; b dñs deus iſraeli omnē terrā quā traditurū ſe patrib⁹ eoꝝ iurauerat: ⁊ poſſederūt illā atq; habitauerūt in ea. Datāq; c eſt ab eo pax in oēs p circuitū nationes: nulluſq; d eis hoſtiū reſiſtere auſus eſt: ſed e cūcti in eoꝝ ditionē redacti ſunt. Ne vnū quidē verbū qđ illis p̄ſtiturū ſe eſſe p̄miſerat: irritū fuit: ſed rebus expleta ſūt oīa.

Odem f tpe xxii vocauit g ioſue rubenitas ⁊ gaddit as: ⁊ dimidiā trībū manaſſe: dixitq; ad eos: Feciſtis h oīa q̄ p̄cepit vobis moyſes famul⁹ dñi: mihi i quoq; in omnib⁹ obediſtis: nec reliquiſtis fratres veſtros longo tpe vſq; in p̄ſentē diē: cuſtodientes imperium dñi dei veſtri. Quia igitur vedit dñs deus veſter fratribus veſtris quietem ⁊ pacē ſicut pollicitus eſt: reuertimini ⁊ ite ī tabernacula veſtra ⁊ in terrā poſſeſſionis quā tradidit vobis moyſes famul⁹ dñi trans iordanē: ita k duntaxat ut l cuſtodiatis attente ⁊ m ope cōpleatis mandatum n ⁊ o legē quam p p̄cepit vobis moyſes famul⁹ dñi: ut q diligatis dñm deum veſtrū: ⁊ r ambuletis in omnib⁹ vijs eius ⁊ obſeruetis mandata illi⁹: adhereatiſq; ei ac ſeruiatis in s oī corde: ⁊ in t omni anima veſtra Benedixitq; eis ioſue ⁊ dimiſit eos. Qui reuerſi ſunt in tabernacula ſua. Dimidie autem tribui u manaſſe poſſeſſionem moyſes dederat in baſan: ⁊ idcirco medie que ſup fuit dedit ioſue ſortem inter ceteros frēs ſuos. Quos cū benedixiſſet: ait ad eos: Diuitijs multis reuertimini ad terrā veſtrā: habetis auri argentū æs ferrum veſtes plurimas: diuidite ſpolia hoſtium veſtrorum cū fratribus veſtris. Separauit ergo ruben gad ⁊ dimidiā tribū manaſſe filios iſrael de ſilo q̄ eſt in terra chanaan: ⁊ reuerſi ſunt ad terrā galaad: poſſeſſionis ſue in quam poſſeſſi ſunt iuxta ſermonē dñi in manu moyſi. Cumq; venirent ad tumulū iordanis qui eſt in terra chanaan: edificauerunt ibi altare iuxta iordanē grande ⁊ ſpecioſum. Quod cū audiſſent filij iſrael congregati ſunt omnes in ſilo: ut aſcenderent contra eos ad prelium. Miſerunt autē ad filios ruben ⁊ gad ⁊ dimidiā tribū manaſſe in terrā galaad phinees filius eleazari ſacerdotis: ⁊ decē principes cum eo de ſingulis familijs tribuum iſrael: qui cū venirent ad eos dixerunt: Hec dicit vniuerſa multitudo dñi: Quod eſt hoc ſcelus quod operati eſtis contra deum iſrael: ut hodie recedatis a dño: ⁊ edificata vobis altaria contemnatis dñm? Nūquid parum vobis fuit peccatum phogor: a quo non ſumus mundati vſq; in p̄ſentē diē: ⁊ plaga propter hoc facta eſt populo dñi? Vos ergo ſi recedere voluerit a dño: hodie contra nos indignabitur deus iſrael. Si autē putatis immundam eſſe terrā poſſeſſionis veſtre: ⁊ propterea recedere a dño: venite ad terrā poſſeſſionis dñi: in qua habitat tabernaculum dñi: ⁊ poſſidete inter nos: a dño autē ⁊ nolite recedere: neq; facere nobis altare ſeparatum a altari dñi dei nri. Nōne achar filius zare prenaricatus eſt anathema: ⁊ ira facta eſt in omnē multitudinē iſrael? Et ipſe vir unus periit in iniquitate ſua. Quibus reſpondentes b filij ruben ⁊ gad ⁊ dimidie tribus manaſſe: dixerunt ad principes filiorum iſrael: Deus deorum dñs deus deorum dñs ipſe ſcit iſrael: ⁊ omnes noſcant: ſi per prenaricationē ⁊ ſcelus contra dñm: ne ſalui ſimus hodie. Edificauimus altare: non ut holocauſtum offeramus: neq; ut victimas: ſed ut ſit testimonium inter nos ⁊ vos: ⁊ poſteros noſtros: ut ſeruemus cultum dñi in conſpectu eius in holocauſtis ⁊ victimis ⁊ pacifici hoſtijs: ⁊ non dicant filij veſtri filijs noſtris: Non habetis partem in dño. Dixerunt ergo: ne hoc fiat: ſed ſit altare in

autē manasse ⁊c. hoc addit qz illa trib⁹ erat diuisa ꝑtū ad habitationē. a Cūq; dimitteret eos. hec est secunda cōditio eis imposita. ⁊ est respectu ꝓmi que exprimit cū dicit: b Diuidite predam hostiū. quam acquisistis in bellis. c Cum frib⁹ vestris. i. cū illis ⁊ tribubus vestris qui manserūt ad custodiendū familias ⁊ loca vestra. qz illi qui remanebant ad sarcinas vt debant habere partes suas ⁊ preda bellātiū ⁊ hoc fuit obseruatū tanq̄ iustum nō solū a tempore dauid: qui de hoc posuit legem ut̄ positam confirmauit. ut habetur. j. Regum. sed etiam a tempore abrahā. ut declaratū fuit Gen. xiiij. d Cūq; venissent. Dic ꝓnē notāt filij ruben ⁊ gad ⁊ dimidie trib⁹ manasse de idolatria cui⁹ occasio ꝑmittit cū dr: Cūq; venissent ad tumulos iordanis In hebreo br̄: Ad terminos iordanis. e In terram chanaan. ex quo patet q̄ altare illud de quo fit hic sermo fuit edificatum in terra chanaan iuxta iordanē. f Edificauerunt. altare infinite magnitudinis. i. notabilis magnitudinis. ⁊ est locutio byzantina. In hebreo aūt habet: Altare magne visionis. quia a longe poterat videri. Ꝺō cū audissent filij israel ⁊c. sequit: g Cōuenerūt omnes in syloh ⁊c.] suspicati sūt eni q̄ fecissent altare ad īmolandū idolis: uel ad īmolandū deo extra locū syloh: eo q̄ esset nimis remot⁹ ab eis qō erat eis illicitū exquo tabernaculū fuit fixū in syloh: ⁊ altare holocaustoꝝ ibi positū. put dictū fuit plen⁹ Deut. xij. b Et interim. Dic ꝓnter inquiritur de fama. quia bellū nō debet moueri maxime ꝓtra amicos nisi ex certa causa ⁊ iusta. ⁊ ideo ad hoc inquirendū missi sunt certi ⁊ solēnes nūcij. qui notanf cū dicit: i Phinees. quia habebat magnū zelū legis. ℈m q̄ br̄ Nu. xxv. k Et decem principes cū eo. quia ꝓter tribū leui de qua erat phinees erant nouē trib⁹ ⁊ dimidia de qua fuit missus vnus sicut ⁊ de tribub⁹ integris. ⁊ patet littera vsq; ibi: l Que est ista transgressio. quia sicut dictū est reputabant illud altare edificatum ad īmolādū idolo uel ipsi deo. modo tamē indebito. ⁊ ideo inquirebant vtrū esset hec causa uel illa: ⁊ ꝓmo tangūt causam idolatrie dicentes: m Cur reliquistis dōm dei israel edificantes altare sacrilegū: ⁊ a cultu illius recedentes: Ān parū vobis est q̄ peccastis in belphegor: ⁊° vsq; in presentē diem macula bui⁹ sceleris in vobis ꝓmanet: multiq; ᵖ de ppl'o corruerūt: Et ᑫ vos hodie reliquistis dōm: ʳ cras⁸ in vniuersum israel ira ei⁹ deseuiet. Qᵗ si putatis īmundam esse terrā possessionis vestre: trāsite" ad terram in qua tabernaculū dñi est ⁊ habitate inter nos:]tm̄ ut a dño ⁊ a nostro consortio nō recedatis: edificato altari ꝑter altare dñi dei nostri. Nonne˟ achan filius ҫare ꝑteriit mandatum dñi: ⁊ sup̄ omnē populum israel ira ei⁹ incubuit: Et ille erat vn⁹ homo atq; vtinā solus perisset in scelere suo. Responderuntq; filij ruben ⁊ gad ⁊ dimidie tribus manasse ꝓncipibus legationis israel. Fortissimus dōs deus ipse nouit: ⁊ israel simul intelliget: si ꝑ preuaricationis animo hoc ° altare construximus: nō custodiat nos sed puniat nos in presenti Et si ea mente fecimus ut holocausta ⁊ sacrificium ⁊ pacificas victimas sup̄ eo ímponeremus: ipse querat ⁊ iudicet: ᵗ non ea magis cogitatione atq; tractatu ut dicerem⁹: cras dicet filij vestri filijs nostris: Quid wobis ⁊ dño deo israel: Terminū ᵇ posuit dōs int̄ nos ⁊ vos o filij ruben ⁊ filij gad suos transiordanē ad occidentalem eius plagam. Cūq; dimitteret eos ī tabernacula sua ⁊ benedixisset eis dixit ad eos: In multa substantia atq; diuitijs reuertimini ad sedes vestras cū argento ⁊ auro ere ac ferro ⁊ veste multiplici. Diuidite ᵖ predā hostium cū ᶜ fratribus vestris. Reuersiq; sunt ⁊ abierūt filij ruben ⁊ filij gad ⁊ dimidia trib⁹ manasse a filijs israel de silo que sita est ī chanaan: ut intrarent galaad terram possessionis sue quam obtinuerant iuxta imperium dñi in manu moysi. Cūq; ᵖ venissēt ad tumulos iordanis in ᶜ terrā chanaan: edificauerunt ᶠ iuxta iordanē altare infinite magnitudinis. Qd̄ cū audissent filij israel: ⁊ ad eos certi nūcij detulissent edificasse filios ruben ⁊ gad ⁊ dimidie tribus manasse altare in terra chanaan super iordanis tumulos cōtra filios israel: cōuenerunt ᵍ oēs in silo ut ascenderent ⁊ dimicarēt cōtra eos. Et ᵇ interim miserunt ad illos in terram galaad phinees ˡ filiū eleaçari sacerdotis ⁊ ᵐ decē ꝓncipes cū eo singulos de singulis tribubus. Qui venerunt ad filios ruben ⁊ gad ⁊ dimidie tribus manasse in terram galaad: dixeruntq; ad eos. Hec mandat omnis ppl's dñi. Que ˡ est ista trāsgressio: Cur ᵐ reliquistis dōm deū israel q̄ istud nō plus debebat īponi ruben ⁊ gad ꝯ alijs: qz ille q̄ fuit ꝓncipalis in illa idolatria ⁊ qui fuit interfect⁹ cū scorto madianitide fuit ꝓnceps in tribu symeon. ut br̄ Nu. xxv ⁊ ideo in hebreo br̄ sic: An parū vobis est peccatū phegor. a quo nō sum⁹ mūdati vsq; ad diē istū. sequit: p Multiq; de ppl'o corruerunt. ꝓter peccatū paucoꝝ ⁊ tunc arguūt a simili dicentes: q Et vos. boreli. dōm. edificantes altare sacrilegū. ut ꝑdictū est. r Et cras. i. in futuro ⁊ cito. s In vniuersū israel ira ei⁹ deseuiet. ꝓter transgressionē vestrā. Cōsequenē tangūt aliā causam de cultu dei illicito cū dr: t Qd̄ si putatis īmun. esse ter. pos. vre. eo q̄ dōs nō elegit eam ut ponere ibi ei⁹ tabernaculū ⁊ altare ⁊ ꝓter hoc ira vestra nobis proꝓinq̄ori fecistis altare ad offerēdum ibi hostias dño tanq̄ sit vobis licitū: qd̄ tū est falsū. iō seq̄t: v Trāsite ad terrā ⁊c.] quia dabim⁹ vobis de possessionib⁹ nostris ne rē illicitā faciatis. cui⁹ punitio etiā redūdaret ī nobis ⁊ ad hoc exēplū īducūt cū dr: x Nonne achan. iste est qui accepit de anathemate. ut dictum est supra. vij. ca. ꝓ cui⁹ peccato exercitus israel fuit debellat⁹ ⁊ plures interfecti. ut dictū fuit ibi. y Rñderūtq; filij ruben. Hic capitur veritas plana ꝓ rñsionē filioꝝ ruben ⁊ gad ⁊ dimidie trib⁹ manasse. vbi ꝓmo ponit eoꝝ rñsio. secūdo rñsionis acceptatio. ibi: Quib⁹ auditis. In rñsione aūt sua ꝓmo excludūt causas sibi impositas edificationis altaris. ⁊ ꝓmo illā de idolatria. cū dr: z Si ꝑuaricationis aio. i. idolatrie intentione. a Hoc altare cōstruxim⁹ ⁊c. puniat nos in pñti. pena publica ⁊ patenti. secundo excludunt aliā cām de illicito cultu. cū dr: b Et si ea mēte fecim⁹ ut holocausta. offerrem⁹ ibi dño. c Ipse q̄rat ⁊ iudicet. pena debita nos puniendo. Cōsequenē aperiūt veram causā. cū dr: d Et nō ea magis co. atq; tra. ut di. cras. i. in posterū. e Dicēt. i. dicere ꝑtuerint. f Filij vri filijs nostris. qñ trāsibūt iordanē ad offerēdū dño in loco tabernaculi dñi. g Quid wobis ⁊ dño deo israel. i. nō habetis ī eo ptē. cui⁹ cā q̄ posset allegari ibdē: h Terminū

posuit dñs inter nos ⁊ vos o filij ruben ⁊ gad iordanē flu-
uiū. qui est terminus terre ꝓmissionis. a Et idcirco
ꝓtem non habetis in dño. i. ad vos nō ꝓtinet accedere ad
locū cultus ei⁹. qz nō estis de terra ꝓmissionis. b Et ꝓ
hanc occasionē auertent. i. auertere poterunt. c Filij
vestri filios nostros a timore dei. quia illiqui elongāt a cultu dei: ꝓ dñs elongantur ⁊ finaliter auertunt a timore ⁊ reuerētia ipsius. d Putauim⁹ itaqz melius. ad excludendū ꝑ malū futurum. e Et dixim⁹ extruam⁹ no. altare, nō i holocausta. nec. i. ad causas ꝙs opinari estis f Sed in testimoniū inē nos ⁊ vos nē. videlz ꝙ nos habeam⁹ ius accedendi ⁊ similiter filij nostri ad locū cultꝰ dñi sicut vos ⁊ filij vestri. ⁊ ps lrā vsqz ibi: g Sed in testimoniū vestrum ac nostrum. nostrum. quia habemus ius accedendi: vestrum. quia nō habetis ꝓtestatem nos repellendi. h Quib⁹ auditis. Hic ꝓnter ponit dicte rñsiōis acceptatio, ⁊ patet lrā vsqz ibi: i Et literastis filios israel de manu dñi. quia nō peccastis sic opinabamur: nec ꝑ consequens occasione vestri puniemur. k Locaueruntqz filij ruben nē, ꝙ dñs ipse sit de⁹. id est ꝙ dñs sit de⁹ noster, sicut ⁊ illoz hebreoz qui habitant in terra chanaan. Dicit aūt Josephus ꝙ iste titulus erat sculptꝰ in altari illo ad memoriā futuram. l

Cap. xxiij.

Voluto aūt multo tpe. hic ꝓnter describitur dispositio iosue ꝙ tū ad tempus pacis inducendo populū ad cultum diuinū: ut ꝑ hoc ostenderent segratos de dei beneficijs iam prestitis, ⁊ securi iam essent de promissis obtinendis. ad hoc aūt inducit rationē ꝓmo ex amore dei. secundo ex timore mali. ibi: Qz si volueritis. Sententia prime partis ꝓz in lrā paucis exceptis. m Postqz pacē dederat dñs nē.] hec autē pax ⁊ subiectio nationū intelligenda est sicut dictū est supra i fine. xxj. ca. quia etiā post mortem iosue habuerūt filij isrl bella cōtra gentes derelictas in terra sua. ut hr Judicū. j. ⁊ etiā hic subditur: n Multeqz adhuc supsūt nationes dñs de⁹ vester disperdet eas. supple si colatis eum fideliter ⁊ devote. iō subditur: Tm confortamini nē. ⁊ patet lrā vsqz ibi: o Ne postqz nē. iuretis in nole deoz earum. quia hoc ꝓtinet ad reuerentiā idoloꝝ. ꝓm ꝙ dicit ad Hebreos. vj. Omnes per maiorē sui iurāt. p Et seruiatis eis nē. quia ex reuerētia idoli reducitur aliqs ad actū idolatrandi. fuit etiam ꝓhibitū predictum inramētū quia de facili possent credere simplices ꝙ trāsgressio talis iuramenti non esset peccatum. quod est falsum quia ꝑ hoc frangit fidelitas. ⁊ iō ꝓm Augustinū ibi est duplex peccatum: vnū est faciendo reuerentiā idolo: aliud est fidē frangendo. q Qz si volueritis. Hic inducit ad cultum ⁊ dilectionē dei ex timore mali qō contingit ab eo recedendo. ⁊ hoc ē qō dicit: Qz si volueritis barum gentiū que inter vos habitant erroribus adherere, colentes deorum earum idola. r Et cum eis miscere cōnubia atqz amicitias copulare. qō erat eis ꝓhibitum. ut habet Deut⁹. vij. quia talia sunt occasiones recedendi a cultu diuino. treugas autē vel aliqua pacta ad hoc non inducentia nō erat eis illicitū. ut dictū fuit supra. xxj. ca. sicut ⁊ xp̄iani aliqū habēt cū saracenis. s Vobis Et offendiculū ex latere

ꝙ dñs ipse sit deus. xxiij

Voluto' autē multo tempore posteqz [m] pacē dederat dñs israeli: subiectis in gyro nationibus vniuersis] ⁊ iosue iam lōgeuo ⁊ psenilis etatis: vocauit iosue omnē israelē maiores qz natu ⁊ principes ac duces ac magistros: dixitqz ad eos: Ego senui ⁊ progressionis etatis sum: vos qz cernitis omnia que fecerit dñs deus vester cunctis ꝑ circuitū nationibus quō ꝓ vobis ipse pugnauerit. Etnūc quia vobis sorte diuisit omnē terram: ab orientali parte iordanis vsqz ad mare magnū: multeqz [n] adhuc supsunt nationes: dñs deus vester disperdet eas ⁊ auferet a facie vestra ⁊ possidebitis terram sicut vobis pollicitus est. Tm cōfortamini ⁊ estote solliciti ut custodiatis cūcta que scripta sūt in volumine legis moysi: ⁊ non declinetis ab eis neqz ad dexteram neqz ad sinistrā: ne [o] ꝑ qz intraueritis ad gentes que int vos future sunt iuretis in nole deoz earum: ⁊ [p] seruiatis eis ⁊ adoretis illos: sed adhereatis dño deo vestro qō fecistis vsqz in diem hanc. Et tunc auferet dñs in cōspectu vestro gentes magnas ⁊ robustissimas: ⁊ nullus vobis resistere poterit. Unus e vobis ꝑsequet hostiū mille viros: quia dñs deus vester ꝓ vobis ipse pugnabit: sicut pollicitus est: hoc tm diligentissime precauete: ut diligatis dñm deū vestrū. Qz [q] si volueritis gentiū barum que inter vos habitant erroribus adherere: ⁊ [r] cū eis miscere cōnubia atqz amicitias copulare: iam tunc scitote ꝙ dñs de⁹ vester non eas deleat ante faciem vestrā: sed erunt vobis [s] in foueā ac laqueū ⁊ [t] offendiculū

erunt in foueā. transgressionis. t

ẽctra que in egypto fecerim. quia ioſue ⁊ caleph ⁊ multi
ẽ tribu leui qui ibi erant exierunt ẽ egypto. ⁊ ante exitũ
viderãt mirabilia que dñs ibi fecerat ꝓ filijs iſrael. Se-
ptimũ bñficiũ eſt gubernatio populi in ẽſerto vbi qua-
draginta annis ſuſtentati ſunt manna celitus dato. ut hr

Exo. xvj. Octa
uum eſt duorũ
regũ ãmorreor
ẽbellatio. ibi:
Et introduxi
vos in terrã. ⁊c
Nonũ eſt male-
dictionis balaã
euacuatio. ibi:
Surrexit autẽ
balach. Deci-
mũ eſt iordanis
ẽſiccatio. ibi:
Trãſiſtiſq; ior-
danem. Vndecimũ ẽ ciuitatis
iericho ẽbella
tio. ibi: l Pug-
naueruntq; ꝫ
vos viri ciuitat,
lz enĩ nõ exiuiſ-
ſent ad bellãdũ
ꝓtra filios iſrl':
ſtabant tñ ſupra
muros parati
ad reſiſtẽdũ eis
nec miſerunt ad
eos legationem
pacis. m Am
morreus ⁊ phe-
reeꝰ ⁊c. hic no-
minant ſeptem
ppl'a habitantes
in terra chanaã
q; iericho erat
ꝑma ciuitas op-
pugnanda a fi-
lijs iſrl': ⁊ iõ ẽ
oĩbus gẽtib' i to
ta terra chanaã
habitantib' ẽ-
nerunt aliq; bel-
latores in ieri-
cho ad reſiſtẽdũ
filijs iſrael i ꝑn-
cipio. Duodeci-
mũ bñficium
eſt ẽ auxilio di-
uinitus eis da
to. cũ dicit: n
Miſiq; añ vos
crabrones. lz cra
brones ꝓprie lo-
quendo ſint mu
ſce ex ſimo equi
naſcentes: tamẽ
hic accipiunt ꝓ
muſcis a ẽo ſu-
ꝑnaturaliter formatis que balrbãt aculeos ẽnenatos ſm
q; dicũt hebrei. Dicũt aũt alij expoſitores q; crabrones hic
accipiũt metaphorice ꝓ aculeis timoris ⁊ terroris diſſol-
uentib' corda eor: itaq; nõ ꝓterant reſiſtere filijs iſrael.
Tertiũdecimũ bñficiũ eſt ẽ cõceſſione terre frũctifere ⁊
edificate. qõ notat. ibi: Dediq; vobis terrã ⁊c. ſequit: o
Nũc ergo. Hic ꝓnter ioſue captat ppl'i cõſenſũ ad ẽi ſer-
uitiũ dicẽs: Nũc ergo timete dñm. timore filiali. p Et
ſeruite ei pfecto corde. abſq; diminutione. q Atq; ẽ-
riſſimo. ſine ſimulatione. r Et auferte vos alienos.

ẽſtro. In hebreo habetur: Et ſcrutiniũ laterũ ẽſtroꝝ. i. ſcruta-
buntur omnia ſecreta ẽſtra ad vos ſubuertendũ ⁊ ejciendũ ẽ
terra. ideo ſubditur: a Donec vos auferat ⁊c.] .ſ. dñs. quia
ſicut tradidit eam vobis ꝓpter merita patrũ. ita auferet a vobis
ꝓ ẽmeritis ẽſtris. b Vnũ non ꝓterierit in caſſum. lz enĩ
adhuc nõ habrẽt totã
terram ſibi ꝓmiſſam:
tamẽ habrẽbãt ſm for-
mam ⁊ modũ promiſ-
ſionis: ſicut ẽclaratũ
fuit ſupra ca. xxj. c
Cap. xxiiij
Congregauitq; ioſue
Hic ꝓnter
ẽſcribitur diſpoſitio
ducis ioſue circa tem
pus ſue mortis. renoꝝ
uando obligationem
populi ad ſeruitutem
ẽi. Primo igitur vi-
cta renouatio ẽſcri-
bitur. ⁊ ſecundo mors
ioſue ſubdit. ibi: Et pr
hoc mortuus ẽ ioſue.
Circa primũ ioſue ꝓ
cãs dicte obligatiõis
cõmẽorat. 2º cõſenſũ
ppl'i captat. ibi: Nũc
g timete dñm. tertio
explicat difficultatẽ.
ibi: Dixitq; ioſue ad po
pulũ nõ ꝓterit. ãrto
conſenſũ iteratũ ꝓ-
feſſiõe firmat. ibi: Te
ſtes inquit vos eſtis.
q̃nto ad hoc ſignũ ap-
plicat. ibi: Et tulit la-
pidem. Circa primũ
cõmemorat beneficia
ẽi exhibita iſraeli q̃
ẽtent ipſum mouere
ad ſeruiendũ dño fide
liẽ ⁊ ẽuote. Primũ
aũt bneficiũ eſt reuo-
catio patrũ ab idola-
tria: quod notat cum
dicit: d Tranſ
fluuiũ .ſ. eupbraten.
e Habitauerũt pa-
tres vestri. ſequitur:
Seruierũtq; dijs ale-
nis. quod fuit ẽclaratum Geñ. xj. f
Tuli ergo patrem ẽſtrum abraham. ſepa-
rando eũ ab idolatris
g Et adduxi eũ in
terram chanaan. put
habet Geñ. xij. Se-
cundũ bneficium eſt
prolis multiplicatio.
quod notat cũ dicit:
Multiplicauitq; ſemẽ eiꝰ ⁊c. Tertiũ bneficiũ eſt liberatio a
famis periculo: quod notat cũ dicit: b Jacob ẽo ⁊ filij eiꝰ
deſcenderũt in egyptum. ut hr Geñ. xlvj. Et ibi ſaluati fuerũt a
periculo famis ꝓter ioſeph. Quartũ bneficiũ eſt ſignoꝝ oſtenſio
quod notat ibi: Miſiq; moyſen ⁊ aaron ⁊c. Quintũ eſt a ſer-
uitute liberatio. ibi: Eduxiq; vos ⁊ patres ẽſtros de egypto.
Sextũ eſt maris rubri diuiſio ⁊ egyptioꝝ ſubmerſio. ibi: Perſe-
cutiq; ſunt ⁊c. i Qui poſuit tenebras inter vos ⁊ egyptios
id eſt nubẽ tenebroſam ex parte egyptioꝝ: ita q; nõ poterãt acce-
dere ad filios iſrael. ut hr Exo. xiiij. k Viderũt oculi ẽſtri
egyptũ multis ſignis atq; por-
tentis: eduxiq; vos ⁊ patres
ẽſtros de egypto: ⁊ veniſtis
ad mare: pſecutiq; ſũt egyptij
patres ẽſtros cũ curribus ⁊
equitatu vſq; ad mare rubrũ.
Clamauerunt autem ad dñm
filij iſrael: qui' poſuit tenebras
inter vos ⁊ egyptios: ⁊ adduxit ſup eos mare ⁊ operuit eos
Viderunt[k] oculi ẽſtri cuncta
que in egypto fecerim: ⁊ ha-
bitaſtis i ſolitudine multo tẽ-
pore: ⁊ introduxi vos in terrã
ãmorrei qui habitabat trans
iordanẽ. Cũq; pugnarent cõ-
tra vos tradidi eos in manus
ẽſtras: ⁊ poſſediſtis terram
eorum atq; interfeciſtis eos.
Surrexit autem balach filiꝰ
ſephor rex moab ⁊ pugnauit
cõtra iſraelem. Miſitq; ⁊ vo-
cauit balaam filiũ beor ut ma-
lediceret vobis: ⁊ ego nolui
audire eũ: ſed ecõtrario p illũ
benedixi vobis ⁊ liberaui vos
de manu eiꝰ. Tranſiſtiſq; ior-
danẽ ⁊ veniſtis ad iericho:
pugnauerũtq;[l] cõtra vos viri
ciuitatis eius ãmorrꝰ[m] ⁊ phe-
reeus ⁊ chananeus ⁊ etheus
⁊ gergeſeus ⁊ eueus ⁊ iebuſeꝰ
⁊ tradidi illos in manꝰ ẽſtras
Miſiq;[n] ante vos crabrones
⁊ eieci eos de locis ſuis duos
reges ãmorreoꝝ: nõ in gladio
⁊ arcu tuo: dediq; vobis terrã
in qua non laboraſtis: ⁊ vrbes
quas non edificaſtis ut habi-
taretis in eis: vineas ⁊ oliueta
que nõ plantaſtis. Nũc ergo
timete dñm ⁊[p] ſeruite ei pfecto
corde atq;[q] veriſſimo: ⁊[r] auferte vos quibꝰ ſeruierũt patres

Dicunt aliqui q̄ tunc nō habebant idola, ⁊ ideo auferte hic accipitur pro nō recipere. potest tamen dici ut videtur q̄ aliqui eoꝝ habebant idola que apportata fuerāt de egypto ſm q̄ habet Amos. v. Nūquid hoſtias ⁊ ſacrificium obtuliſtis mihi in deſerto q̄draginta ānis dom⁹ iſrael ⁊ portaſtis tabernaculum moloch ⁊ imaginē idoloꝝ veſtroꝝ ſidus dei veſtri q̄ feciſtis vobis de. ⁊ hanc auctoritatē allegat beatus Stephan⁹ contra iudeos: Actuū. vij. a Sin autē malū vobis videt ut domino ſeruiatis, ꝓpter ſumptus ſacrificioꝝ ⁊ aliorum que i cultu ei⁹ requirūtur. b Optio vō dat. ⁊c iſta optio nō eſt conceſſionis ſz permiſſionis: quia deus p̄mittit dominē agere ſm libertatem arbitrij. ſi tamen ad malū flectit iuſte punit. cetera patēt vſq̄ ibi c Et eiecit vniuerſas gētes id ē aliquas de vniuerſis: quia pro maiori pte eiecit: aliquas tamē dimiſit ꝓpter cauſas ſup̄dictas. xiij. ca. d Dixitq̄ ioſue. Hic conſequēter ioſue oſtēdit eis difficultatē ſeruitutis dei dicens: e Non poteritis ſeruire dño. i. de difficili poteritis: q⁹ virt⁹ eſt circa bonū ⁊ difficile. f dixit hoc ioſue cōſiderans prōnitatem populi ad malū ⁊ dei iuſticiam ad puniendū. ⁊ ut poſtea nō poſſent negare iſta fuiſſe eis explicata: f Teſtes inquit. Hic q̄ſter ioſue cōſenſum populi iteratum p̄feſſione confirmat. cum ſubditur: g Reſponderuntq̄ teſtes, ſupple ſum⁹. ⁊ ideo profeſſione facta concluſit: h Nūc ergo ait auferte deos alienos. ⁊ exponat ſicut ſupra. i Percuſſit ergo ioſue in die illo fedus. i. renouauit fed⁹ inter populū ⁊ deū. k Et ꝓpoſuit populo p̄cepta. q̄tū ad moralia ⁊ cerimonialia. l Atq̄ iudicia. q̄tum ad iudicialia. m Scripſitq̄ omnia verba dei. i. hanc profeſſionē populi ⁊ obligationē iteratā ad fortius aſtringendum populū ad ſeruiendū dño in futuro. n Et tulit lapidem. Hic q̄ſter ioſue applicat ſignū ſenſibile ad memoriam hui⁹ facti in futurum. cum dicit: Et tulit lapidem grandem. ſicut ſolet fieri in terminis terrarū vel regnoꝝ quando ſtatuūtur in ſignū diuiſionis territorioꝝ. o Poſuitq̄ eum ſubter quercū ⁊c. videtur q̄ in hoc fecerit contra legem Deut. xvj. Non plātabis lucū iuxta altare dñi. quod ſoluūt aliqui dicentes q̄ vna arbor non facit lucū. ⁊ hoc nō valet. quia ibidem ſubdit: Et omnē arborē. ex quo pz intentio p̄cepti q̄ nulla arbor deberet ibi plātari.

veſtri in meſopotamia ⁊ i egypto ac ſuite domino. Sin autem p malum vobis videtur ut domino ſeruiatis: optio q vobis datur. Eligite hodie quod placet cui ſeruire potiſſimū debeatis: vtrum dijs quibus ſeruierunt patres veſtri in meſopotamia: an dijs amorreorum in quoꝝ terra habitatis. Ego autem ⁊ domus mea ſeruiemus domino. Reſponditq̄ populꝰ ⁊ ait: Abſit a nobis ut relinquamus dominū: ⁊ ſeruiamus dijs alienis. Dominꝰ deus noſter ipſe eduxit nos ⁊ patres noſtros de terra egypti: ⁊ de domo ſeruitutis: fecitq̄ videntibus nobis ſigna ingentia: ⁊ cuſtodiuit nos in omni via p quam ambulauimꝰ: ⁊ in cunctis populis p quos tranſiuimus: ⁊ r eiecit vniuerſas gētes amorreum habitatorem terre quam nos intrauimus. Seruiemus igitur dño: quia ipſe deus noſter. Dixitq̄ s ioſue ad populū: Non t poteritis ſeruire domino: deus enī ſanctus ⁊ fortis emulator eſt: nec ignoſcet ſceleribus veſtris atq̄ peccatis. Si dimiſeritis dñm ⁊ ſeruieritis dijs alienis: cōuertet ſe ⁊ affliget vos atq̄ ſubuertet: poſtq̄ vobis preſtiterit bona. Dixitq̄ populus ad ioſue: Nequaq̄ ita ut loqueris erit: ſed dño ſeruiemus. Et ioſue ad populum: teſtes u inquit vos eſtis: quia ipſi elegeritis vobis dominū ut ſeruiatis ei. Reſponderuntq̄ x: Teſtes. Nunc y ergo ait auferte deos alienos de medio veſtri: ⁊ inclinate corda veſtra ad dñm deū iſrael. Dixitq̄ populus ad ioſue: Domino deo noſtro ſeruiemus: ⁊ obedientes erimus preceptis eius. Percuſſit ergo ioſue in die illo fedus: ⁊ z ꝓpoſuit populo precepta atq̄ a iudicia in ſychem. Scripſit b ꝙq̄ omnia verba hec in volumine legis domini: ⁊ c tulit lapidem grandem: poſuitq̄ d eū ſubter quercū que erat in ſanctuario domini ⌋ ⁊ dixit ad omnē populū: En e lapis iſte erit vobis in teſtimoniū q̄ f audieritis omnia verba domini: que locutus eſt vobis: ne forte poſtea negare velitis ⁊ mentiri domino deo veſtro. Dimiſitq̄ populū ſingulos i poſſeſſionē

Ideo dicunt alij q̄ inhibitum erat plantare: nō tamē prius exiſtentem reſeruare. arbor aūt iſta erat ibi anteq̄ poneretur ibi altare dñi. ſed adhuc iſtud nō videtur ſufficere quia ad hoc datū fuit illud p̄ceptū ne iudei eſſent ſimiles idolatris qui ꝓpe bana idoloꝝ habebant lucos ad luxuriam exercendam. ⁊ q̄tum ad hoc nō videtur differre ibi plantare arbores de nouo vel plātatas p⁹ dimittere. ⁊ ideo dixit Ra. Sa. q̄ vera littera eſt: Subter limē. dictio enī hebraica q̄ eſt ibi ē equiuoca. ⁊ in vna ſignificatione ſignificat idem q̄ limē ⁊ ſm ipſum lapis iſte fuit poſit⁹ ꝓpe ingreſſum ſanctuarij ⁊ non elevabatur vſq̄ ad linem ſuper⁹. poſſet tñ dici ſm tranſlationē noſtram q̄ hic nō accipitur ſanctuariū dei pro tabernaculo moyſi. qz poſitū erat in ſylo ſicut dictum eſt ſupra xviij. ca. Joſue autē fecit iſta que ſcribunt hic in ſychem ut patet in textu vbi dr: Et ꝓpoſuit populo p̄cepta atq̄ iudicia i ſychem qui locus bene multo diſtat a ſylo. ⁊ iō ſanctuarium hic pōt accipi pro ſynagoga in q̄ conueniebant habitatores illi⁹ loci cauſa orationis ⁊ audiendi verbū dei: quia in ſingulis ciuitatib⁹ ⁊ villis iudei habebāt talia loca. ꝛz haberent vnum templū tñ vel tabernaculum anteq̄ templū eſſet factum: vbi fiebāt ſacrificia. ſicut patet in euangelijs: vbi legunt fuiſſe plures ſynagoge: utpote in naçareth ⁊ capharnaum. ⁊ alijs locis. ſtante vnico templo in hieruſalem: tamē ante templi edificationē temporibus quibus arcba non babuit ſtabilem manſionē licitum fuit alibi offerre ſacrificia votiua. non tamē debita: ut dictum fuit Deut. xij. p En lapis iſte erit vobis in teſtimoniū. federis renouati cū dño: ⁊ ſicut lapis iſte eſt durabilis. ita ⁊ fed⁹ iſtud debet eſſe ꝓtruū. q Qz audieritis oīa verba. In hebreo habetur: Qz audierit oīa. ſcilz ipſe lapis. ꝓpter quod dicūt hebrei aliqui q̄ ad litterā lapis audiuit virtute tamē diuina. ſed hoc videtur impoſſibile: quia q̄ lapis manens lapis habeat ſenſum audit⁹ vel cognitionē aliquā videtur implicare cōtradictionē. Item q̄ habeat actum ſecūdū qui eſt audire ⁊ non habeat actum primū qui eſt principiū hui⁹ actus ſecundi. videtur impoſſibile. quia eiuſdem eſt actus ꝑmus conſiſtat in pati ſiue in agere: quia de hoc ſunt varie opiniones: ſed audire ſentire ⁊ intelligere ſiue ſint actiones ei⁹ qui ſentit vel intelligit. ſiue ſint paſſiones eius ab obiecto: tamē neceſſario i ſentiente vel intelligente requirūt potentie ſenſitiue ⁊ intellectiue que in lapide eſſe non poſſunt. Ideo aliter poteſt dici q̄ hic accipitur lapis pro hominib⁹ exiſtentib⁹ circa lapidem illū. ſicut dr Deut. xxxij. Audiat terra verba oris mei. i. homines habitantes in terra. ſicut ibi expoſitum fuit. ⁊ ſm iſtū ſenſum ꝓcedit trāſlatio noſtra. ſm enim q̄ dicit Dierony. in libro de optimo genere

interpretandi. optima interpretatio nō semp fit transferēdo ꝟbū ex verbo. sz aliqñ melius est transferre sensum ex sensu. ⁊ sic est in ꝓposito. a Et post hec. Hic vltimo agitur de morte ⁊ sepultura iosue. ⁊ patet lr̄a. Et occasione huiꝰ ꝯñter agitur de sepultura ioseph. cū dicit: b Ossa q̄q̄ ioseph que tulerāt filij isr̄l de egypto. hoc eni īposuerat eis ioseph. ut hr̄ Geñ. vltimo. c Sepelierunt in sychem. hūc eni locū dederat iacob ipsi ioseph. ut hr̄ Geñ. xlviij. d Quē emerat iacob a filijs emmor patr̄ sychem centū nouellis ouibꝰ. In hebreo habet: Cētū obolis. ⁊ eodem modo hr̄ Geñ. xxxiij. vbi fit mētio de ista

suam: Et[a] post hec mortuꝰ est iosue filius nun seruus domini centūdecem annorū: sepelieruntq̄ eū in finibus possessionis sue in thamnathsare: que sita est in monte ephraim a septentrionali ꝑte montis gaas Seruiuitq̄ israel dño cunctis diebus iosue ⁊ senioꝝ qui longo vixerāt tempore post iosue: ⁊ qui nouerant omnia opera dñi que fecerat in israel. Ossa[b] quoq̄ ioseph que tulerāt filij israel de egypto sepelierunt[c] in sychem in parte agri quē[d] emerat iacob a filijs emmor patr̄ sychem centū nouellis ouibus ⁊ fuit in possessionē filiorum ioseph. Eleaçar q̄q̄ filius aaron mortuꝰ est: ⁊ sepelierūt[e] eū in gabaath phinees filij eius: q̄ data est ei in mōte ephraim.

Explicit liber Josue.

emptione. Consequent̄ fit mentio de morte eleaçari sacerdotis cū dicit: Eleaçar quoq̄. ⁊ de sepultura eius cū dicit: e Et sepeli. eū in gabaath phinees filij eius. successerat eni phinees i hereditate patris sui. ⁊ ideo ille locus iam dicebat ipsius phinees. In aliquibꝰ aūt libris interponit̄ et. dicēdo sic: Et sepelierūt eū in gabaath phinees ⁊ filij eiꝰ. ⁊ tūc mutat̄ sententia. sed li et. non est in hebreo. nec in libris correctis.

Postilla fratris Nicolai de lyra sup librū Josue finit.

Postilla sup libꝝ Judicū incipit. Cap. j.

Ascitauit dñs iudices qui literarent eos te vastantiū manib⁹ Judic. ij. ca. Sicut ī libro Josue a quo icipiūt libri hystoriales agitur te terre promissionis ingressu uel pti⁹ te tro filios isrl in terram pmissionis introducente. ita in alijs libris hystorialibus agitur te populi israel dictā terrā inhabitantis gubernatiōe uel pgressu uel potius te tro dictum populum gubernāte. quia sicut in tota sacra scriptura tus absolute est subiectū. ita ī ptialib⁹ libris te⁹ est subiectū sub rationib⁹ cōtractis. sicut dictū fuit ibidē. Deus aūt populū isrl gubernauit ī direxit tripliciter. Primo p iudices vsq; ad saulē regem. secundo per reges a saule vsq; ad babylonis transmigrationem. tertio p pontifices a reditu captiuitatis babylonice vsq; ad tēpus xpi qñ iobānes hircanus qui descendit te macabeis primus post captiuitatem babylonicā imposuit sibi diadema regiū. De prima igit gubernatione uel potius te tro pmo modo gubernante agit in hoc libro Judicū. ī hoc est quod dicit verbū preassumptum: Suscitauit dñs ꝛc. in quo tria tanguntur. pmū est tri presidentis clementia. cum dicit: Suscitauit dñs. secundū est medij obsequentis necessitas. ibi: Judices qui literarent eos. tertium est populi gementis indigentia. ibi: De vastantium manibus. Ad pleniorem intellectum istorum trium considerandū q iudices qui regerunt populum vsq; ad tempus saulis regis non regebant per modū imperij seu alicui⁹ dominij. sed tm̄ per modū ministerij exhortationis ī cōsilij. deus enī retinuerat sibi istud dominiū. ī ideo cū filij israel literati eēnt per gedeonē te manib⁹ madianitarum habetur infra. viij. ca. ī ei dicerent: dñare nostri tu ī filius tuus ī filius filij tui. respondit: Non dñabor vestri: nec dñabitur in vos filius meus: sed dñabitur dñs. ī ideo pter tale dominiū tri immediatum facilius ī frequentius cōdescendebat dñs ad castigandū populū paterna correctione ī ad literādū materna cōsolatione. sicut patet intuēti hui⁹ libri decursū. Cōsiderandū etiam q̄ ly deus posset oīa immediate regere p seipsū: tamē ad seruandū vniuersitatis pulchritudinē ī ordinē regit inferiora p media: ī sic pplm israel gubernauit p iudices tanq; p ministros idoneos ī decentes: qui pter excellētiā virtutis q̄tū ad plures erāt quasi mediatores ipsius dei ad pplm. ī pter affluentiam pietatis qua populo in afflictione posito cōpatiebant erant quasi mediatores ppli ad deū iperādo eius auxiliū. ī pē ista dr infra ij. ca. Cūq; dñs iudices suscitaret. in diebus eoꝝ flectebat misericordia ī audiebat afflictoꝝ gemitus ī literabat eos te cede vastantiū. De his ꝯo trib⁹ videly te

Incipit liber sopthim: quē nos Judicum appellamus.

Cap. I

Ost[a] mortem iosue: consuluerunt filij israel dñm dicentes: Quis ascendet ante nos contra chananeum: ī erit dux belli? Dixitq; dominus: Judas[b] ascendet. Ecce tradidi terram in manu eius. Et[c] ait iudas symeoni fratri suo: Ascende mecū in sortē meā:] ī pugna contra chananeum: ut ī ego pergam tecum in sortem tuam. Et abijt cum eo symeon. Ascēditq; iudas ī tradidit dominus chananeum ac pherezeum in manus eorum: ī percusserunt in bezech decem milia virorum. Inueneruntq; adonibezech in bezech: ī pugnauerūt contra eū: ac percusserunt chananeum ī pherezeū. Fugit autē adonibezech: quē persecuti comprehenderūt: cesis[d] sūmitatibus manuū ei⁹ ac pedum. Dixitq;[e] adonibezech. Septuaginta reges amputatis manuū ac pedum sūmitatibus colligebant sub mensa mea ciborum reliquias: sicut feci: ita reddidit mihi deus. Adduxeruntq;[f] eum in hierusalem: ī ibi mortuus est. Oppugnantes[g] ergo filij iuda hierusalem ceperunt eam: ī percusserunt in ore gladij tradentes[h] cūctam incendio ciuitatē. Et postea descendentes pugnauerunt contra chananeū: qui habitabat in montanis: ī ad meridiem in campestrib⁹. Pergensq;[i] iudas contra chananeū qui habitabat in ebron cuius[k] nomē fuit antiquitus cariatbarbe: percussit[l] sesai ī bayman ī tholmai: atq; inde

uinis cōdescēsionib⁹ ī literationib⁹ ppli ab afflictionib⁹ ī iudicū sustentationib⁹ est tot⁹ decursus hui⁹ libri. ut patet ex sequentib⁹. Primo igit p modū prologi pmittit materie hui⁹ libri breuis plibatio. ī secundo subdit hystorie narratio. ca. iij. Circa primū sciendū q occasio suscitandi iudices fuit eo q ppls recedens a dño affligebat ī penitens literabat. ī ideo primo in breui tāgit ppli trāsgressio. secundo trangressiōis reprehensio. in principio ij. ca. tertio materie hui⁹ libri plibatio. ibi: Dimisit ergo iosue ꝛc. Circa primū sciendū q opposita iuxta se posita magis elucescūt. ideo primo ponit pfectus ppli laudabilis. secundo defectus ei⁹ culpabilis. ibi: Manasses quoq;. Adhuc circa primum primo ponitur profect⁹ iude. secundo aliorum. ibi: Filij autē cynei. Adhuc circa pmū primo ponit pfectus tribus iude i generali. secūdo ipsius caleb in spāli. ibi: Pergensq; iudas. Circa pmū dicit: a Post mortē iosue cōsuluerunt filij isrl dominū. quia expti fuerūt male accidisse eis qñ iosue incōsulto dño misit bellatores contra regem bay. ut bī Josue. vij. b Judas ascendet. id est tribus iude. hoc cōmuniter exponit sic q iudas instituebat dux in bellis filioꝝ israel generaliter. sed hoc nō bene consonat sequentibus. quia aioth barach gedeon ī iepte fuerūt duces exercitus in magnis prelijs qui tamē non fuerūt de tribu iuda. ī ideo alit exponūt hebrei q p hoc quod dicit hic: Judas ascendet. intelligitur q tribus iuda pma expugnaret aduersarios in sorte sua. vñ subdit: c Et ait iudas symeoni fratri suo ꝛc.] Trib⁹ enī symeon habuit sortem iuxta tribū iuda. pter quod alique ciuitates de parte iude fuerūt adiūcte sorti tribus symeon. ut dictū fuit Josue. xv. ī pter hoc erat magis cōueniens q iuuarent se mutuo. cetera patent vsq; ibi: d Cesis sūmitatibus manuū eius ac pedum. In hebreo habet: Cesis pollicib⁹ ꝛc. tales enī incepti reddunt ad preliū. e Dixitq; adonibezech Septuaginta reges amputatis manuū ac pedum sūmitatibus ꝛc. hoc fecerat iste adonibezech ex magna crudelitate ī supbia ad ostētationem victoriarum quas habuerat. f Adduxeruntq; eum in hierusalem. in exercitu suo. g Oppugnantes ergo filij iuda hierusalem ceperunt eam. non totam sed partem eius: quia fortalicium vbi manebat iebuseus non fuit expugnatum vsq; ad tempus dauid. ut dictum fuit Josue. xv. h Tradentes cunctam incendio ciuitatem. locutio est hyperbolica. q̄ pars eius remansit incombusta. ut dictum est. sicut aliquando dicit: Tota ciuitas vadit ad tale spectaculum. ly aliquando maior ps remaneat. i Pergensq; iudas contra chananeum qui habitabat in ebron. Hic consequenter agitur de profectu tribus iude in speciali. scilz ipsius caleb. cui assignata fuit ebron specialiter. ut habetur Josue. xiij. k Cuius nomen fuit antiquitus cariatbarbe. id est ciuitas quatuor. pter quatuor patriarchas ibi sepultos. uel pter quatuor gigantes ibidem cōmorātes. ut dictum fuit Josue. xiij. ī Ben. xiij. l Percussit sesai ī bayman ī tholmai. Isti fuerūt tres gigantes magna fortitudine pditi. ī pr eorū fuit q̄rt⁹ noie enach. cetera patēt ex dictis

Josue.xv. vbi eadem sententia ⁊ quasi eadem verba pronunc. a Filij aũt cynei cognati moysi. Hic ponit profectus alioꝝ. ⁊ primo cõuersoꝝ ad iudaismũ. cũ dr: Filij aũt cynei cognati moysi ⁊c. Dicũt cõmuniter expositores q̃ iste fuit filius ietro qui ad p̃ces moysi venit cũ filijs israel ad terrã p̃missionis. ut batꝫ Ru. ⁊ vocat⁹ fuit cyn uel cyne⁹ ⁊ obab. Hebrei dicũt q̃ iste fuit ipsemet ietro socer moysi sicut declaratum fuit plenius Ru. x. vñ vbi dicit hic: cognati moysi. In hebreo batꝫ: soceri moysi. b Ascenderunt de ciuitate palmarũ. que est hiericho. nõ q̃ habitarent in ciuitate q̃ erat destructa nec fuit redificata vsq̃ ad tempus regum israel. put dictũ fuit Josue. vj. sed habitabãt in territorio quod fuerat illius ciuitatis. c Cũ filijs iuda in desertum. dicunt hebrei q̃ illuc iuerũt ad manẽdum ut addisceret legem ab othoniel: qui erat edoctus in ea. d Abijt aũt. hic p̃ter agit de profectu trib⁹ symeon. ⁊ pz hrã vsq̃ ibi: e Vocatũq̃ ẽ no. vbis hebraice. i. anathema. q̃ nõ ẽ i hebreo sz additũ fuit a translatore nr̃o. ad oñdẽdũ significationẽ hui⁹ nominis hebraice. de cui⁹ significatione dictum fuit plen⁹ Josue. vj. ⁊ Leuit. vltõ. tamen hic accipit̃ pro destructione p̃fecta. quia ciuitas ista fuit funditꝰ euersa. f Cepitq̃ iudas. Hic reuertitur scriptura ad describẽdũ profectũ iude. cũ dicit: Cepitq̃ iudas gaçam ⁊c. non est intelligendũ q̃ ceperit tunc istas ciuitates q̃ erant philistinoꝝ: sed accepit aliqua primentia ad istas ciuitates. ⁊ pro tanto dicit eas accepisse quia infra. iij ca. dicit q̃ q̃nq̃ satrape philistinoꝝ remanserũt ad exercendum israel. quoꝝ aliqui p̃erant ciuitatib⁹ istis. put patet. j. Regum vj. uel si dicatur q̃ iudas tunc cepit ciuitates istas. put sonat litera. oportet dicere q̃ philistei recuperauerunt eas: qr ibi dñabant tpe lxli. ut dicit. j. Regũ. v. g Hec potuit delere habitatores vallis: quia falcatis curribꝰ abundabãt. erãt eni armati illi currus vncis ferreis ad modum falcis scindẽtibus. ut dictum fuit

profectus abijt ad habitatores dabir: cui⁹ nomen vetus erat cariathsepher. id est ciuitas litterarum. Dixitq̃ caleph Qui percusserit cariathsepher: ⁊ vastauerit eã dabo ei axam filiam meam vxorem. Cumq̃ cepisset eam othoniel filius cenez frater caleph minor duxit ei axam filiam suam cõiugem Quam pergentem in itinere monuit vir suus ut peteret a patre suo agrum. Que cũ suspirasset sedens in asino: dixit ei caleph: Quid habes? Ãt illa respõdit. Da mihi bñdictionem: quia terram arentem dedisti mihi: da ⁊ irriguã aquis. Dedit ergo caleph irriguũ superius ⁊ irriguũ inferius. Filij[a] autem cynei cognati moysi ascenderunt[b] de ciuitate palmarum cum[c] filijs iuda in desertum sortis eius quod est ad meridiẽ arath: ⁊ habitauerũt cum eo. Abijt[b] autẽ iudas cũ symeõe fratre suo: ⁊ percusserũt simul chananeum qui habitabat in sephat: ⁊ interfecerunt eum. Vocatũq̃[c] est nomen vrbis horma. id est anathema. Cepitq̃[d] iudas gaçam cum finibus suis: ⁊ ascalonẽ atq̃ accaron cũ terminis suis. Fuitq̃ dñs cum iuda: ⁊ montana possedit. Nec[e] potuit delere habitatores vallis: quia falcatis curribus abundabant. Dederuntq̃[b] caleph hebron sicut dixerat moyses: qui[f] deleuit ex ea tres filios enach. Jebuseum[g] aũt habitatorem hierusalem non deleuerũt filij beniamin: habitauitq̃ iebuseus cum filijs beniamin in hierusalem vsq̃ in presentem diem. Domus[h] quoq̃ ioseph ascendit in bethel: fuitq̃ dñs cum eis. Nam cum obsiderent vrbem que prius luça vocabatur viderunt hominẽ egredientẽ de ciuitate: dixeruntq̃ ad eũ: Ostende[i] nobis introitum ciuitatis: ⁊ faciemus tecum misericordiam. Qui cũ ostendisset eis percusserunt vrbem in ore gladij: hominem[k] autẽ illum ⁊ omnẽ cognationẽ eius dimiserunt. Qui dimissus abijt in terram ethim ⁊ edificauit ibi ciuitatem: vocauitq̃ eam luçam: que ita appellatur vsq̃ in presentẽ diem. Manasses[l] quoq̃ non deleuit bethsan ⁊ chanath cum viculis suis ⁊ habitatores dor ⁊ ieblaan ⁊ maieddo cum viculis suis: cepitq̃ chananeus habitare cum eis. Postq̃[m] autẽ confortatus est israel fecit eos tributarios: ⁊ delere noluit. Ephraim etiam nõ interfecit chananeũ qui habitabat in gaçer: sed habitauit cũ eo. Zabulon non deleuit habitatores tethron ⁊ naalon: sed habitauit chananeus in medio eius: factusq̃ est ei tributarius. Aser quoq̃ non deleuit habitatores accho ⁊ sidonis alab ⁊ achaçib ⁊ ãma ⁊ aphech ⁊ roob: habitauitq̃ in medio chananei habitatoris illius terre nec interfecit eũ. Neptalim quoq̃ non deleuit habitatores bethsemes ⁊ bethanath: ⁊ habitauit inter chananeum habitatorem terre: fueruntq̃ ei bethsemite ⁊ bethanite tributarij. Artauitq̃[n] ammoreus filios dan in montem nec dedit eis locum ut ad planiora descenderent: habitauitq̃ in monte hares: quod interpretatur testatio in baalon ⁊ salabim. Et[r] aggrauata est manus domus ioseph: factusq̃ est ei tributarius. Fuit autem terminus ammorei

Josue.xvij. b Dederũtq̃ caleph hebron. hoc bñ plen⁹ Josue.xiiij. i Qui deleuit ex ea tres filios enach. isti fuit tres gigantes supra noiati. k Jebuseũ aũt. hic agit de filijs beniamin. cũ dr: Jebuseũ aũt ⁊c. qr nõ potuerũt p̃ fortitudinẽ ppli ⁊ loci. ul qr noluerũt

ter que prius luça vocabatur viderunt hominẽ egredientẽ de ciuitate: dixeruntq̃ ad eũ: Ostende[m] nobis introitum ciuitatis: ⁊ faciemus tecum misericordiam. Qui cũ ostendisset eis percusserunt vrbem in ore gladij: hominem[n] autẽ illum ⁊ omnẽ cognationẽ eius dimiserunt. Qui dimissus abijt in terram ethim ⁊ edificauit ibi ciuitatem: vocauitq̃ eam luçam: que ita appellatur vsq̃ in presentẽ diem. Manasses[o] quoq̃ non deleuit bethsan ⁊ chanath cum viculis suis ⁊ habitatores dor ⁊ ieblaan ⁊ maieddo cum viculis suis: cepitq̃ chananeus habitare cum eis. Postq̃[p] autẽ confortatus est israel fecit eos tributarios: ⁊ delere noluit. Ephraim etiam nõ interfecit chananeũ qui habitabat in gaçer: sed habitauit cũ eo. Zabulon non deleuit habitatores tethron ⁊ naalon: sed habitauit chananeus in medio eius: factusq̃ est ei tributarius. Aser quoq̃ non deleuit habitatores accho ⁊ sidonis alab ⁊ achaçib ⁊ ãma ⁊ aphech ⁊ roob: habitauitq̃ in medio chananei habitatoris illius terre nec interfecit eũ. Neptalim quoq̃ non deleuit habitatores bethsemes ⁊ bethanath: ⁊ habitauit inter chananeum habitatorem terre: fueruntq̃ ei bethsemite ⁊ bethanite tributarij. Artauitq̃[q] ammoreus filios dan in montem nec dedit eis locum ut ad planiora descenderent: habitauitq̃ in monte hares: quod interpretatur testatio in baalon ⁊ salabim. Et[r] aggrauata est manus domus ioseph: factusq̃ est ei tributarius. Fuit autem terminus ammorei

Josue.xvij. l Dom⁹ quoq̃ ioseph. hic agit de p̃fectu filioꝝ ephraim. cũ dr: Fuitq̃ dom⁹ cũ eis. ⁊ sequit: m Ostende nobis ⁊c. dicũt eni hebrei q̃ habebat introitũ ⁊ exitũ subterraneũ extraneis occultũ. n Dominẽ aũt illũ ⁊c. parcẽtes ei sicut filij israel p̃ceperunt raab ⁊ cognationi ei⁹. ut dr Josue. vj. ⁊ dauid puero qui duxit eũ ad cuneũ amalechitarũ. ut dr. j. Reg. xxx. o Manasses q̃q̃. Hic p̃ter describit defectus filioꝝ israel culpabilis cũ dr: p Postq̃ aũt cõfor. ẽ isr̃l fe. eos tributarios ⁊c. p̃ter cupiditatẽ tributi. ⁊ in hoc fecit p̃tra p̃ceptũ dñi q̃ p̃cepat eos occidi ⁊ deos eoꝝ exterminari. ut dr Hume. xxxiij. ⁊ Deut⁹. vij. ⁊ eodẽ mõ intelligẽdũ ẽ in sequentibus de his qui facti sunt tributarij ipsi ephraim: zabulon: aser ⁊ neptalim. qr noluerũt eos occidere p̃ cupiditatẽ tributi. in b trãsgredientes p̃ceptũ dñi. ut dictũ est. ⁊ pz hrã vsq̃ ibi: q Artauitq̃ am. filios dan. p̃ peccata sua nõ potuerũt cõuenienter dilatari. r Et aggrauata est man⁹ ⁊c. hoc exponit dupliciter. vno mõ actiue. ut man⁹. i. potestas dom⁹ ioseph grauauerit inimicos ⁊ redegerit eos sub tributo. Alio modo passiue. ut potestas eius sit oppressa ⁊ aduersarij redegerint domum

ioseph sub tributo, nec apparet plane ex textu quod istorum intelligatur. a Cap. ij.

Scenditq; angelus dñi. Hic ꝓnter describit transgressiõis reprensio. ⁊ dicũt hebrei q; iste ãgel⁹ fuit phinees. tũ quia angelus interpretat nũcius, ipse aũt fuit missus a deo ad arguendũ pplm de transgressiõe mandatoꝝ eius eo modo qui sequit. tũ quia hebrei dicunt ipsũ fuisse angelũ in corpore humano assumpto apparentem: sicut dictũ fuit Josue ij. Expositores aũt catholici dicunt q; non fuit phinees sed angelus a deo specialiter missus. ⁊ hoc videt verius, qz q; phinees fuerit angelus. falsum ⁊ fictum videtur, quia scriptura vbiq; de eo loq̃tur sicut de vno puro ⁊ mortali. De aũt ille qui apparuit hic fuerit homo pur⁹ falsum videtur ut magis apparebit ex sequẽtibus. Dicendum igit̃ q; iste fuit angel⁹ specialiter a deo missus ad reprehendendũ filios isrl de trãsgressionib⁹ suis ⁊ apparuit sic q; ei⁹ apparitio fuit nota ppl̃o. Et ꝑ apparuit in galgalis vbi filij israel fuerunt circũcisi post transitum iordanis. ut habetur Josue. v. ⁊ ide trãstulit se ad alium locũ q; dr̃ b loc⁹ flẽtiũ per anticipationem: qz sic vocat⁹ ẽ loc⁹ ille ex ꝑ q; ppl's post reprehensionẽ angeli ibi fleuit. ut postea dr̃:

b Et ait eduxi vos de egypto ⁊c. Et ꝑ p3 q; fuit vere angel⁹ qz loquit̃ in psona dei sicut angel⁹ loquebatur moysi. quando aũt homines sancti ⁊ ꝓphete denũciabant mandatum dei cõmuniter premittebant Hec dicit dñs. vel aliquid consimile. quod nõ fecit iste: sed absolute dixit: Eduxi vos de egypto. ⁊ ꝓpter hoc angelus sic loquens aliquando deus aliquando angelus nominatur. ut dictum fuit Exo. iij. ca. ita dũtaxat qz promissiones dei de bono futuro intelgende sunt sub cõditione si homines fideliter seruient deo.

c Ut non feriretis fedus ⁊c, ut habetur Nu. xxiij. ⁊ Deut. vij.

d Et noluistis audire vocẽ meam. ut patet ex dictis ca. prece.

e Ut habeatis hostes ⁊c. li ut non tenetur hic causaliter sed cõsecutiue tm̃. quia ex hoc q; filij israel transgressi sunt preceptum dñi cõsecutũ est illud malũ sup eos.

f Immolauerũtq; ibi hostias dño. ex hoc etiã apparet q; fuit vere angelus dñi ille qui apparuit ibi. quia exquo fuit firmum tabernaculũ dñi in silo nõ erat licitũ filijs israel offerre hostias alibi. ut dictũ fuit Josue. xxij. nisi ex spãli reuelatione diuina uel apparitiõe angelica: sicut manue obtulit sacrificiũ qñ angel⁹ sibi apparuit. ut hr̃. j. ca. xiij. ℊ Dimisit ergo iosue. Hic ꝓnter ponit materiel⁹ libri breuis ꝑlibatio. vbi ꝓmo ponit federis ppli ad deũ renouatio secũdo renouati trãsgressio. ibi: Et surrexerũt. tertio trãsgressiõis punitio. ibi: Iratusq; dñs. quarto punitiõis subleuatio. ibi Suscitauitq; dñs.

Circa ꝓmũ dicit̃ sic: Dimisit ergo iosue populum ⁊c.] hoc factum fuit ante mortẽ eius. sed hic recolitur ꝓpter fedus quod renouauit iosue inr deũ ⁊ pplm. ut dictũ fuit Josue vltimo. quo facto dimisit vnũquẽq; ire ad locũ suum. ut ibidem dicitur. ⁊ hic recolitur ut appareat q; tpe iosue ⁊ seniorũ qui viderãt mirabilia dei. fed⁹ illud fuit obseruatũ ut ꝓnter dr̃ i lrã. ⁊ patet vsq; ibi:

b Et sepelierunt eũ in finibus possessionis sue in thamnathsare. In hebreo habr̃ sic: In thãnathberẽ. i. in thãnath solis. qz sicut dicũt hebrei sup sepulchrũ iosue fuit posita similitudo solis i memoriã illi⁹ facti mirabilis q; fecit solẽ stare ut hr̃ Josue. x. ut oẽs transeuntes lugerent mortem tanti hois. ꝑ quo dñs talia fecisset ⁊ ideo ciuitas illa sic vocata ẽ que ꝑius thãnathsare vocabat.

i Et surrexerũt alij. Hic ponit federis renouati transgressio ꝑ idolatriã. ⁊ p3 lrã.

k Iratusq; dñs. Hic ꝓnter ponitur transgressionis punitio. cũ dr̃:

l Tradidit eos ⁊c. quia tona filioꝝ israel rapuerũt sibi ⁊ corpora eorũ vendiderunt hostibus extraneis. cui⁹ causa subdit̃. cum dicitur:

m Manus dñi sup eos erat. s. ad flagellandũ sicut ante trãsgressionẽ fuerat super eos ad adiuuandũ.

n Suscitauitq; dñs iudices. Hic ꝓnter ponitur punitionis subleuatio. quia filij israel in afflictione positi recurrebant ad dñm: quia ꝛratio dat intellectum. ⁊ tunc deus ꝓiudices quos suscitabat ꝓhibat eis remediũ. sed postea reuertebant ad vomitũ. ⁊ ideo reiterabat diuina punitio. ⁊ iterũ subleuatio modo predicto. sicut patebit in sequẽtib⁹ huius libri: cui⁹ materia hic breuiter ꝑlibat. ⁊ p3 lrã vsq; ibi

ab ascensu scorpionis petra ⁊ superiora loca. II

rant ī mōte ephraim audien-
tes q; fugissent philistei: socia-
uerūt se cum suis in prelio. Et
erant cū saul quasi decem mi-
lia virorū: ⁊ saluauit dom⁹
deus israel in die illa. Pugna
autem peruenit vsq; ad be-
thauen. Et viri israel sociati
sunt sibi in die illa. Adiura-
uit⁽ᵐ⁾ autē saul ꝓplū dicens:
aūt vē. videēs aūt saul suos adūsarios fugere: oīo voluit
eos psequi. ⁊ iō ne ꝓplus impedirē a psecutiōe aduersarioꝝ
ꝑcepit ut null⁹ de ꝓplo suo aliq̄d gustaret: donec inimicos p-
cussisset. ⁊ b ꝑcepit sb pena mortis. ⁊ obstrictione ꝑcepti iura
mēto firmauit. Igit ad maiorē sequētiū euidētiā p medīū
inquisitiōis scho-
lastice querit:
Utrū saul b iu-
rādo peccauerit
⁊ videt q; nō. q;
mot⁹ fuit ad iu-
randū bono zelo
s. ut infideles ⁊
nois sui psecuto
res occideret:
qō nō solū erat
licitū. ꝑ etiā bo-
nū ⁊ meritoriū.
ꝙ vē. Itē si saul
iurādo peccasset
ionathas come-
dendo ꝓ ꝑceptū
pris nō peccasset
qō videt falsū:
q; ꝓ ei⁹ come-
stionē de⁹ cessa-
uit dare rursū. ut
ī. dicit ecclē ca.
Deptronius etiā
fuit ionathas p
iudiciū dīnū. ꝙ
vē. Ad oppositū
est sntia doc. huc
locū exponētiū.
Ad b dicēdū q;
saul ī victo iura
mento peccauit
dupliciter. ꝑ q; ma-
le iurauit. 2° q;
pri⁹ iplē voluit.
primū declarat
sic. q; lz iuramē-
tū sit bonū ī ne-
cessitate ⁊ cū re-
bus circūstātijs.
si tū de ueriāt
malū est. sic aūt
fuit ī proposito:
quia de⁹ victo-
riam sufficientē
dederat ⁊ mira-
culose. ut patz ex predictis. ⁊ ideo nō erat necessitas īsse-
quendi hostes vlteri⁹ absq; diuino cōsilio. q̄ saul nō exp-
ctauerat. ut p3 ꝑdicta. Itē saul ꝑcipiendo q; ꝓplus nihil
comederet. casū necessitatis nō excepit ꝓ uo nec intellectu:
qō p3 ex b q; ionathā filiū suū q̄ ī necitate posit⁹ modicū
mellis comederat. voluit oīo occidere. casus ꝓo necitatis
aboi ꝑcepto ⁊ lege excepte vē. ⁊ iō peccauit saul nō excipi-
do qō debuit excipe. Itē q; iuramētū suū ꝓgebat ī priorē
exitū. q; si ꝓplus ieiunio ⁊ labore fatigat⁹ aliq̄d cibi accepis-
set. maior plaga i hostib⁹ facta fuisset. ut dr. j. eodē ca. Itē
q; fuit occasio peccādi toti ꝓplo q̄. ꝓter iuramētū suū nō
fuit aus⁹ sume cibū aliquē vsq; ad vesperā. ꝑ qō veniēte
vespa ꝓplus lassus ⁊ famelic⁹ ex festinatiōe comedēdi pecca-
uit. comedens cū sanguine. ut in lrā dr. Et sic p3 q; saul ꝑ
peccauit temerarie iurādo. 2° peccauit impie adimplendo
ꝓtū fuit ex se. q; ionathā inocentē voluit occidē. vñ ⁊ sup
b iuramētū temerariū replicauit dicēs: hec faciat ri ve
⁊ hec addat: q; morte morieris ionatha. vñ ⁊ ī tali replica-
tione iuramēti iterū peccauit. Ad pmū ī oppositū dicēdū
q; bonitas motiui non iustificat factū malū sequens. Si
enī aliqs motus pietate furet ut vet elemosynā paupi. nō
excusat. Ad secūdū dicēdū q; ionathas comedēdo mel nō

peccauit: tū q̄ p̄ceptū patris nō audiuit·ut dicit i textu: tum q̄ posit' in necessitate comedit: ex labore enī prelij ⁊ ieiunio ⁊ calore solis ita erat fatigat' q̄ oculi ei' ⁊ alij sensus erant nimis oppressi: ꝓ̄ qō dicit in textu q̄ gustato modico mellis illuminati fuerūt ei' oculi; q̄ corde ꝓfortato ⁊ resumptis viribus facies ei' fuit exhilarata: ⁊ vinacitas sensuum redijt. Qz autē inducit de responso dei ꝓ̄ ipsū renegato: ⁊ de eius reprehēsione iudicio diuino: dicēdū q̄ dīna rūsa fiunt ex ei' mera grā: ⁊ pōt ea subtrahere, p̄ sua voluntate. ⁊ sic subtrahit absq̄ peccō ionathe. De oppōne ꝟo ei' dicendū q̄ ꝺ̄ fuit factū dīna ordinatiōe ad declarationē sue innocentie. sciebant enī multi ipsum comedisse: q̄ tū ignorabāt ei' necessitatē ⁊ iuramenti patris sui ignorantiā. ⁊ iō potuissent cōtra innocentē scādalizari reputādo ipsū transgressorem. ⁊ iō publice reprehensus fuit ut cozā omnib' se excusando ei' innocētia declararetur. ⁊ q̄ p̄ñs per populū sicut innocēs literaret' reputando eius mortem nephariā. ut p̄z i textu. Dis dict' ad expositionē littere reuertamur: q̄ satis patz ex dictis paucis exceptis q̄ exponent'. Adiurauit autē saul. Residuum hui' capituli sic diuidit'. q̄ ꝑmo ponitur iurātis precipitatio. 2° ignorantis trāsgressio. ibi: Porro ionathas. 3° facti inq̄sitio. ibi: Et dixit saul. 4° historie p̄secutio. ibi: Et saul. Circa p̄mū dicit': Adiurauit autē saul. p̄cipitanē ⁊ temerarie ut dictū ē. a Maledict' vir i. morti adiudicat'. b Qui comederit panē. i. quēcūq̄ cibū. vñ nec ionathas panē comedit sed mel. c Venit in saltū i q̄ erat mel sup̄ facie agri. Apes enī mellificabāt i arboz ib' in tāta copia q̄ mel inde manabat ad terrā. ⁊ ꝓ̄ talē copiā ēra ꝓmissiōis dī manās lacte ⁊ melle i plurib' locis. d Porro ionathas. hic p̄ñter describit ignorātis trāsgressio. ⁊ p̄z hrā ex sup̄dictis vsq̄ ibi: e Turbauit pater meus terrā. i. boies ēre sue q̄ ꝓpter iuramentū suū erāt fatigati ex ieiunio ⁊ labore. nec poterāt inimicos p̄sequi. vnde dicit hic: Defecerat aūt pp̄s. cetera patent vsq̄ ibi: f Mactauerunt ⁊c.] ⁊ sic peccauit faciendo p̄tra mandatū legis. hec tū hrā diuersimode exponitur. Uno mō sic. Mactauerunt i terra. i. i quolibet loco vbi erat cōmodi' eis indifferenē cū tū p̄i' ⁊terent adducere añ sanctuariū q̄ erat ibi pñs. ut sup̄ dictū est. g Comedit q̄ pp̄s cū sanguine. i. anteq̄ sanguis aspergeret ad honorē diuinum. Allio modo Mactauerūt i terra. nō sup̄ lapidē uel locū taliter eleuatū q̄ posset bū sanguis exprimi de carnibus ⁊ effluere ⁊ sic comederunt cū sanguine. i. carnes nō sufficienter ꝑpuratas a sanguie. Tertio mō exponit'. q̄ anteq̄ comederent de preda hostiū ꝑebant deo p̄i' facere sacrificiū: quod tūc nō fuit factum: ⁊ oia ista, p̄cesserūt ex ꝺ̄ q̄ populus erat nimis famelic' ⁊ festinabat comedere: ꝓ̄ qō iuramētū saulis fuit populo peccandi occasio ut sup̄ dictū est. h Voluite ad me ⁊c.] ut ibi inferēt alia ꝑm morē paternū: ⁊ sanguis bū exprimeretur. i Et nō peccabitis dño. sicut ante fecistis. k Edificauit aūt ⁊c.] ad agēdum grās de victoria cōcessa. l Tūc q̄ p̄mū ⁊c.] licz enim p̄i' obtulisset sacrificiū ut dictū ē ca. precedenti: hoc tū fecit sup̄ altare p̄i' edificatū ab alio. uel q̄ illud sacrificiū deo nō placuit ut dictū fuit ibidem. Dicūt tū alīq̄ q̄ istud altare q̄ hic dī edificatū a saule: non fuit aliud q̄ lapis magnus de quo dictū est vbi mactabant' alia ⁊ exprimebat' sanguis ⁊ ibidem adipes eoꝝ cremabant'. m Et dixit saul. Hic p̄ñter ponit' facti inquisitio: cui' inquisitionis premittit' ratio que fuit eo q̄ dñs nō respōdit saul. ⁊ patz littera vsq̄ ibi: n Applicate huc ⁊c.] i. totū populū ab extremitatibus castroꝝ. o Et videte. ⁊c] estimabat enī saul q̄ de' nō negaret responsū absq̄ peccato alicui' de ꝓpō. q̄ tū nō oportet: ut p̄dictū est. p Uiuit dñs. modus est iurādi. ac si dicat'. per deum qui semp̄ viuit. Cetera patēt vsq̄ ibi: q Si in me aut in ionatha ⁊c. vsq̄ ibi inclusiue: r Da sanctitatem. non est in hebreo nec de textu.

Maledictus[a] vir qui[b] comederit panem vsq̄ ad vesperam donec vlciscar de inimicis meis. Et nō māducauit vniuersus popul' panē. Omnisq̄ terre vulgus venit[c] in saltum: i quo erat mel sup̄ faciem agri. Ingressus est itaq̄ popul' saltū: ⁊ apparuit fluēs mel: nullusq̄ applicuit manū ad os suū. Timebat enī ꝓpter iuramentū. Porro[d] ionathas nō audierat cū adiuraret pater ei' populū. Extenditq̄ sūmitatem virge quā habebat in manu ⁊ intinxit in fauū mellis. Et cōuertit manū suā ad os suū: ⁊ illuminati sunt oculi eius. Respondensq̄ vnus de ꝓpl'o ait: Jurēturando ꝓstrinxit pater tu' populū dicens: Maledictus vir qui comederit panē hodie. Defecerat aūt pp̄s: dixitq̄ ionathas. Turbauit[e] pat' meus terrā. Uidistis ipsi quia illuminati sūt oculi mei eo q̄ gustauerī paululū de melle isto: quātomagis si comedisset populus de preda inimicoꝝ suoꝝ quā reperit: Nonne maior plaga facta fuisset in philistijm: Percusserūt q̄ i die illa philistheos a machmis vsq̄ in hailon. Defatigatus est aūt populus nimis: ⁊ versus ad predam tulit oues ⁊ boues ⁊ vitulos: ⁊ mactauerūt[f] in tra Comeditq̄[g] populus cū sanguine.] Nūciauerūt aūt sauli dicentes q̄ populus peccasset dño comedēs cum sanguine. Qui ait: Preuaricati estis. Voluite[h] ad me iam nūc saxum grande.] Et dixit saul: Dispergamini in vulg' ⁊ dicite eis ut adducat ad me vnusquisq̄ bouem suū ⁊ arietem: ⁊ occidite sup̄ illud ⁊ vescimini: ⁊[i] non peccabitis dño comedentes cū sanguine. Adduxit itaq̄ omnis popul' vnusq̄sq̄ bouem in manu sua vsq̄ ad noctem ⁊ occiderūt ibi. Edificauit[k] autē saul altare dño.] Tūcq̄[l] primū cepit edificare altare] dño: ⁊[m] dixit saul: Jrruamus sup̄ philistheos nocte ⁊ vastemus eos vsq̄ dū illucescat mane: nec relinquam' ex eis virū. Dixitq̄ populus: Omne q̄ bonū tibi videt in oculis tuis: fac. Et ait sacerdos: Accedam' huc ad deum. Et cōsuluit saul dñm dicens: Num p̄sequar philistijm: Si trades eos i manu israel: Et non respondit ei in die illa. Dixitq̄ saul: Applicate[n] huc vniuersos angulos populi:] ⁊ scitote ⁊ [o]videte p̄ quem acciderit ꝺ̄ peccatū hodie.] Uiuit[p] dñs saluator israel: quia si p̄ ionathā filiū meū factū ē. absq̄ retractatione morie'. Ad qō nullus cōtradixit ei de omni pp̄lo. Et ait ad vniuersū israel: Separamini vos i partē vnā ⁊ ego cum ionatha filio meo ero in ptē altā. Rñditq̄ pp̄s ad saul: Qd bonū tibi videt in oculis tuis fac. Et dixit ad dñm deū israel: Dñe deus israel da iudiciū: q̄d ē q̄ nō respōderis seruo tuo hodie: Si in me[q] aut i ionatha filio meo ē iniq̄tas hec: da ostensionem. Aut si hec iniq̄tas est in pp̄lo tuo: da' scitatē. Et deprehēsus ē ionathas ⁊ saul: pp̄s aūt exiuit Et ait saul: Mittite sortē

a Et captus alias vtpredẽsus est ionathas.p sortẽ que cecidit sup eũ et cã supdicta. b Et indicauit ei ionathas.causas sue comestionis supdictas. c Et ait gustãs gustaui.s.modicũ in transitu. d Et ecce ego morior.absqꝫ cã rõnabili.7 iõ litera-nit eum pls.ut pz in lrã. e Et saul cõfirmato regno ꝛc.hic vltimo ponit hystorie psecutio.7 pz lrã vsqꝫ ibi: f Et quocũqꝫ ꝛc] In hebreo habet: Et quocũqꝫ se vertebat impie agebat ul impi⁹ fiebat.7 lrã imediate sequens concordat cũ dicit: g Congregatoqꝫ ꝛc.] vt ꝙ percussione agit.ca. se.in qua plurib⁹ modis incurrit offensam dñi: ut videbit. h Fuerunt aũt filij saul ionathas ꝛc.hic nõ nominatur ist⁹ set⁹ non ꝓpter defectũ etatis: quia iam habebat.xx. annos 7 vltra: cũ in morte saulis fuerit annozũ.xl.ut hr. ij. Reg. ij. ca. sed ꝓpter defectũ magnanimitatꝫ: quia fuit pusillanimis 7 ineptus ad preliũ. ꝓpter quod in bello vbi mortuus fuit saul nõ fuit cũ alijs fratrib⁹ suis. i Patruelis saul.i. cognatus germanus: qz saul 7 abner fuerũt nati de duob⁹ fratrib⁹ ut hr. j. Paral. viij. ca. k Filius abiel.s.cis ut habet supra.ix. ca. Erat aũt bellũ potens quia philistei erãt potentes: 7 saul partem suã ꝓtra eos fortificabat quantũ poterat: ideo subditur: Nam quẽcũqꝫ viderat saul virum fortem ꝛc. l

Cap. xv.

T dixit samuel. Hic ꝓponit tertia trãsgressio saulis: que ꝓcessit ex cupiditate 7 superbia eo ꝙ ex victoria habita de amalech cõcupiuit predã. 7 arcũ triũphalem erexit ad sui laudatiã. Igit circa b describit mãdati dini sibi facti denũciatio. 2° ipsi⁹ trãsgressio.ibi: Et apprehẽdit. Circa pmũ dicit: m Me misit dñs ꝛc.] q. d. samuel.ex hoc debes esse sollicitus ostendere deo. n Nũc ergo audi vocem dñi.q. d. pius transgressus es offerendo in persona ꝓpria qđ tibi nõ licebat.ut dictũ fuit ca. xiij. 7 temerarie iurãdo ut dictũ fuit ca. xiiij. Sed nũc aduerte:ut ostendas in nullo trãsgrediendo. o Recensui quecũqꝫ ꝛc.] quia ꝑ filios israel impugnauit in deserto.ut habet Exo. xvij. 7 ideo demeruit deleri ab ipsis vsqꝫ ad aialia: 7 a maiori vsqꝫ ad mínimũ. Dicit autẽ int̃ me 7 inter ionathan filiũ meũ. Et captus⁹ ẽ ionathas. Dixit autẽ saul ad ionathan: Indica mihi qđ feceris. Et indicauit ei ionathas: 7 c ait: Gustans gustaui in sũmitate virge que erat in manu mea paululũ mellis. Et⁰ ecce ego morior: Et ait saul: Hec faciat mihi deus 7 hec addat: qz morte morieris ionatha. Dixitqꝫ popul⁹ ad saul: Ergo ne ionathas morietꝫ: quia fecit salutem hanc magnã in israel: Hoc nephas est. Liberet dñs: si ceciderit capill⁹ de capite ei⁹ in terrã: quia cum deo operat⁹ est hodie. Liberauit ergo populus ionathã: ut nõ moreret Recessitqꝫ saul: nec psecutus ẽ philistẽos. Porro philistẽi abierunt in loca sua. Et c saul confirmato regno super israel pugnabat ꝑ circuitũ aduersũ omnes inimicos ei⁹: ꝓtra moab 7 filios ammon 7 edom 7 reges soba 7 philisteos: 7 q ꝙcunqꝫ se verterat superabat.] Congregatoqꝫ⁸ exercitu percussit amalech:] 7 eruit israel de manu vastatorũ eius. Fuerunt b autẽ filij saul: ionathas 7 iesui 7 melchisua: 7 nomina duarum filiarum eius: nomẽ primogenite merob: 7 nomẽ minor⁹ michol: 7 nomẽ vxor⁹ saul achinoem filia achimaas. Et nomen principis milicie eius abner filius ner: patruelis⁹ saul. Porro cis fuit p̃ saul: 7 ner pater abner filius¹ abiel. Erat autẽ bellum potẽs aduersũ philisteos omnibus diebus saul. Nam quemcũqꝫ viderat saul virũ fortẽ 7 aptũ ad ꝓliũ: sociabat eũ sibi. xv

T dixit⁴ samuel ad saul: Me⁽ᵐ⁾ misit dñs ut vngerẽ te in regẽ] sup populum eius israel. Nunc" ergo audi vocem domini. Hec dicit dñs exercituũ: Recensui⁰ quecunqꝫ fecit amalech israeli:] quomodo restitit ei in via cũ ascenderet de egypto. Nũc ergo vade 7 percute amalech: 7 demolire vniuersa eius. Non parcas ei 7 nõ concupiscas ex rebus ipsius aliquid: sed interfice a viro vsqꝫ ad mulierẽ 7 parulũ atqꝫ lactantẽ: bouẽ 7 ouem camelũ 7 asinũ. Precepit itaqꝫ saul populo: 7 recẽsuit eos quasi agnos ducenta milia peditũ: 7 decẽ milia virorꝫ iuda. Cumqꝫ venisset saul vsqꝫ ad ciuitatem amalech: tetendit insidias in torrente. Dixitqꝫ⁹ saul cineo: Abite: recedite atqꝫ discedite ab amalech ne forte inuoluã te cũ eo. Tu enim fecisti misericordiã cum omnibus filijs israel: cũ ascenderent de egypto. Et recessit cineꝰ de medio amalech. Percussitqꝫ saul amalech ab eula: donec venias sur que est e regione egypti. Et⁰ apprehendit agag regẽ amalech viuũ] Omne aũt vulgus interfecit in ore gladij. Et pepercit saul 7 popul⁹ agagi 7 optimis gregibus ouiũ 7 armentorũ 7 vestibus 7 arietibus 7 vniuersis que pulchra erãt: nec voluerũt dispdẽ ea. Quicqd g vile fuit 7 reprobũ: hoc demoliti sũt. Factũ[r] est aũt verbũ dñi ad samuel dicens: Penitet me ꝙ cõstituerim saul regẽ: qz dereliqt me: 7 ꝛba mea ope nõ iplenit Contristatusqꝫ⁹ est samuel: 7 c

hic Ra. Sa. qꝫ dñs ꝓcepit hic aialia interfici: eo ꝙ inter amalechitas erãt multi sortilegi set transformantes in silitudinẽ bestiarũ. sed hoc ficitiũ videt. ideo primũ est magis tenendũ: maxime cũ similis interfectio alibi facta sit: ut patz Judic. xx. de ciuitate gabaa in detestationem criminis perpetrati in vxore leuite. cetera patẽt vsqꝫ ibi: p Dixitqꝫ saul cineo. i. illis qui descenderãt de ietro: 7 venerãt cũ filijs israel. ut dictum fuit Exo. xviij. 7 Numeri. x. 7 Judic. j. q Et apprehendit ꝛc. Hic cõsequenter ponit mandati transgressio cum dẽ: Et apprehendit agag. ꝛc] i. b trãsgressus fuit mandatum dñi in quo fuerat sibi preceptum ꝙ totum populum exterminaret. 7 ideo hoc potissime intelligebat de capite populi. Sed saul cupiditate ductus ꝛc. rabat habere de eo magnam redemptionem uel per eum occulti thesauri reuelationem. 7 eadẽ cupiditate reseruauit meliora de preda: ut patz in littera. r Factum est autem verbum domini. Superi⁹ descripta est ipsi⁹ saulis transgressio. hic cõsequenter describit ei⁹ diffinitiua reprobatio. que primo samueli reuelat. secũdo sauli denunciat. ibi: Dixitqꝫ samuel. Circa pmũ dr: Factum est verbum domini ad samuel dicens: penitet me ꝙ cõstituerim saul regẽ ꝛc. Penitentia cum mutabilitatẽ impo 7 tet non potest esse in deo: dicit tamẽ penitere eo ꝙ ad modum penitentis se habet quando destruit qđ fecerat. 7 sic ẽ in ꝓposito. qz saulẽ abijcere decreuerat quẽ pri⁹ sublimauerat. ista tamẽ mutabilitas solũ est in creaturis: qz deus voluntate immutabili facit mutabilia. s Contristatusqꝫ est samuel. ꝓpter peccatũ saulis. t Et clamauit ad dominũ. ad ipsũ placãdũ si posset. qz adhuc forsitã ignorabat

vtq; esset rei diffinitio vel solum cõminatio: ꝙ postea bene scivit: ut ex sequẽtibus patebit. a Nunciatũ ẽ ⁊c.] mõtẽ valde altum. b Et erexisset ⁊c.] .i. arcũ triũphalẽ de palmis ⁊ oliuis factum in signum victorie habite ad sui iactantiã: qz illã victoriã soli deo debebat attribuere. vñ ⁊ postea subditur ad sui iactantiã: c Impleui verbũ domini qõ tunc erat falsũ ⁊ ex istis aggrauabat saulis peccatũ. d Dixitq; samuel. Hic cõsequẽter domini sniã sauli denũciat: ⁊ primo ponitur ista denunciatio: secũdo saulis obstinatio. ibi: Et ait saul. Denunciatio aũt diuine sniẽ per samuelẽ ponit modeste ⁊ ordinate. qz primo ponitur simplex reptitio. cum dicit: Dixitq; samuel ⁊c] q. d. nõ feci sti verbũ domini: qz preceperat oia occidi. 2° ibidit saulis supba responsio in hoc q; peccatũ suũ humilit nõ recognouit: sed magis inepte se excusauit: ponens sup populi qõ principalit fuerat factũ p ipsum: ut patet ex pdictis ⁊ patet ltrã. tertio samuel ꝓcessit ad denunciationẽ diuine sniẽ ꝺ eũ dicẽs: e Sine me. i. audi me loquentem. f Et indicabo tibi. domini sniam. g Nonne cũ paruus ⁊c] q. d. sicut p humilitatem meruisti ad regnum exaltari: ita p supbiã ⁊ ꝓptẽptum verbi diuini meruisti reici. Qz autem contempserit dei mandatum ostendit dicẽs: b Misit te dominus in viam ⁊c. ⁊ patet littera. i Et ait saul. Hic ꝓsequenter describitur ipsius saulis obstinatio. ⁊ 2°. pnie simulatio. ibi: Dixitq; saul. saulis obstinatio apparet: quia cum predicta excusatione sua addidit peccati sui defensionem dicens: k Immo audiui vocẽ domini. Verũtamen in sua defensione cõtradicit sibi: sicut frequenter contingit malis hominibus dicens: l Et adduxi agag. de quo fuerat sibi preceptum ut interficeret eum: sed cupiditate ductus reseruauit eum viuum: ut dictum est supra. m Tulit autem ⁊c] .q. d. non ego: cum tamen esset principalis i hoc facto. n Ut immolent domino. q. d. non debes hoc reprehẽdere: quia cedit ad honorem diuinum. quod excludit samuel dicens: o Nunqd

clamauit ad dominũ tota nocte. Cumq; de nocte surrexisset samuel ut iret ad saul mane: nũciatum[a] ẽ samueli eo q; venisset saul in carmelũ:] ⁊ erexisset[b] sibi fornicẽ triũphalẽ:] ⁊ reuersus trãsisset: descẽdisset q; in galgala. Venit ergo samuel ad saul: ⁊ saul offerebat holocaustũ domino de initijs predarũ que attulerat ex amalech. Et cum venisset samuel ad saul: dixit ei saul: Benedictus tu domino. Impleui[c] verbum domini. Dixitq; samuel: Et que ẽ hec vox gregũ] que resonat in auribus meis: ⁊ armentoq; quã ego audio: Et ait saul: De amalech adduxerũt ea. Pepercit enĩ populus melioribus ouib[d] ⁊ armẽtis ut ĩmolarent dño de tuo: reliq; vero occidimus. Dixit aũt samuel ad saul: Sine[e] me: ⁊[f] indicabo tibi que locutus sit dñs ad me nocte. Dixitq; ei: Loquere Et ait samuel: Nonne[g] cũ paruulus esses in oculis tuis:] caput in tribus isrl factus es: Unxitq; te dñs in regẽ super isrl: ⁊ misit[h] te domin[i] in viã: ⁊ ait. Vade ⁊ interfice peccatores amalech: ⁊ pugnabis ꝓtra eos vsq; ad internitionẽ eorũ. Quare ĩ nõ audisti vocẽ dñi: ꝺ ꝛsus ad pdã es: ⁊ fecisti malũ i oculis dñi? Et[i] ait saul ad samuelẽ: Immo[k] audiui vocem dñi: ⁊ ambulaui in via per quã misit me domin[i]: ⁊[l] adduxi agag regem amalech: ⁊ amalech interfeci. Tulit[m] aũt de pda ꝓls] oues ⁊ boues primitias eoq; q; cesa sunt ut[n] immolẽt dño deo

vult dominus holocausta ⁊c. q. d. non. vnde subditur: p Melior est enim obedientia. in qua sacrificatur deo voluntas proꝓria. q De victime. in quibus offertur caro aliena. quanto de re meliori deo fit oblatio. tãto magis sibi placet. r Nũ quasi peccatum ⁊c] .ꝓpzium peccatum defendendo: ꝓpter qõ abiectio saulis a regno diffinitiue sibi denũciatur. cũ dicit: s Pro eo q; q; abiecisti ⁊c. Dixitq; saul. Hic consequenter ponitur penitentie simulatio: timuit enĩ saul ne samuel ad electionem alterius regis procederet: ⁊ sic ipse regnum pderet ideo ficte se humiliauit. Primo igit describit ista ficta humiliatio. 2°. ipsi[u] samuelis aliqualis condescẽsio. ibi: Reuersus q; Circa primũ dicit: t Dixitq; saul ⁊c.] Sz q; ista penitentia ficta fuerit. patet per hoc qõ subditur: v Timens populũ. cum nõ eẽt in obedientia populi: ꝙ magis conuerso: ⁊ iõ culpam suam obumbrauit falso. vnde subditur: x Sz nunc honora ⁊c.] coꝝ populo dissimulando. y Et reuertere mecum. honorans me tua ꝓsentia. z Non reuertar tecũ. videtur q; samuel falsũ dixerit: quia postea cum ipso reuersus fuit. Dicendum q; intellect[us] samuelis fuit. p illa hora. ⁊ nõ ꝓ sequẽti: sicut Job. vij. saluator dicit: Ego non ascendam ad diem festũ istũ. ⁊ postea dicitur q; ipse ascendit in occulto. vl quia pro tunc samuel intendebat nõ reuerti: ꝙ post mutauit ꝓpositum ex causis que dicent. a Ille autem apprehendit ⁊c.] ad retinendum eũ. b Que ⁊ scissa ẽ. in signum scissionis regni a saule: scõm q; subdit a samuele: c Scidit dominus regnum israel a te. ⁊c. Dicunt autem hic alicꝫ hebrei q; samuel rũc tedit signum ipsi sauli q; ille erat regnaturus. ꝓ eo: qui abscinderet oram chlamydis sue. qõ fecit

suo i galgalis. Et ait samuel: Nunquid[o] vult dñs holocausta ⁊ victimas: ⁊ non potius ut obediat voci domini? Melior[p] est enim obedientia q;[q] victime: ⁊ auscultare magis q; offerre adipem arietum: quoniã[r] quasi peccatum ariolandi ẽ repugnare: ⁊ quasi scelus idolatrie nolle acquiescere. Pro[s] eo ergo q; abiecisti sermonem domini: abiecit te dominus ne sis rex. Dixitq; saul ad samuelem: Peccaui:] q; preuaricat[v] sum sermonẽ domini: ⁊ verba tua: timens[w] populum: ⁊ obediens voci eorum. Sed[x] nunc honora q;so peccatũ meũ:] ⁊[y] reuertere mecũ ut adorẽ dñm. Et ait samuel ad saul: Nõ[z] reuertar tecũ: qz, piecisti sermonẽ dñi: ⁊, p, iecit te dñs: ne sis rex sup isrl. Et ꝓuersus ẽ samuel ut abiret. Ille[a] aũt apprehẽdit sũmitatẽ pallij ei[us]:] que[b] ⁊ scissa est. Et ait ad eũ samuel. Scidit[c] dñs regnũ isrl a te hodie: ⁊ tradidit illud ꝓximo tuo meliori te. Porro[d] triũphator israel nõ parcet:] ⁊ penitudine non flectet[e]. Nec; enĩ homo ẽ ut agat penitentiam. Et ille[f] ait: Peccaui. Sed[g] nunc honora me coram senioribus populi mei ⁊ coꝝ israel: ⁊ reuertere mecum ut adorẽ dñm deũ tuũ. Reuersus[h] q; samuel: secut[i] est saulem Et adorauit saul dñm. Dixitq; samuel: Adducite ad me agag regẽ amalech. Et oblat[j] est ei agag pinguissim[us] tremẽs. Et dixit agag. Siccine sepat amara mors? Et ait samuel. Sic[k]

dauid: ut habet. j. xxiij. propẽ quod saul tunc videns oram chlamydis sue in manu dauid. dixit: Nũc scio q; certissime regnaturus es. ut ibidẽ habetur. d Porro triumphator in israel non parcet. Sciebat enim sententiã domini di initiuã super saul ⁊ filios eius de translatione regni: que immutabiliter venit in effectũ. e Et ille ait peccaui. hoc dixit saul magis timore pene q; amore iustitie. f Sed nunc honora me. ⁊ si non ratione persone: hoc tamen facias propter honorem dignitatis regie. g Reuersus ergo samuel. Hic ponitur cõdescẽsio samuelis volẽs referre sauli q;diu a deo in regno tolerabat: ⁊ ut interficeret agag qui adhuc viuus seruabatur. ideo subdit: h Sicut fecit ⁊c.] Sm hebreos

hoc nō dicit de agag in persona ꝓphīa: sed de rege amalech q̄ filios
israel inuasit hostiliter in deserto: & plures ex eis interfecit. ut habe-
tur Exo. xvij. Nu. xiiij. & Deut. xxv. a Sic absq; liberis &c.] per hoc nō est intelligendū q̄ mater agag adhuc viueret: quia ante
mortua fuerat morte naturali: uel interfecta cū alijs de ꝓle amale-
ch. sed per hoc itelligitur q̄ oēs filij ei⁹ essent interfecti: q̄ agag erat i
puncto occisiōis: & si cū ipso alios filios habuerat. iā interfecti fuerāt cū alijs: b Et in frusta &c.] non zelo vindicte sed iusticie diuine. c Et nō vidit &c.] Istud exponit dupliciter. vno modo referendo ad mor-
tem samuelis: de q̄ habet infra. xxv. vbi dicitur q̄ cōgregatus est ad eū vni-
uersus israel. & verisimile est q̄ saul ibi venerit & samuel iā ꝓpinquo⁹ morti
cum viderit. sed cōtra hoc videt q̄ dicit infra. xix. q̄ saul ꝓphetauit cū ce-
teris coram samuele. Ad q̄ respondet isti q̄ non vidit eū in regio habitu.
vnde subditur ibidē: Et
cecinit nud⁹ tota die illa
& nocte. uel q̄ erat mu-
tatus in vir̄ alter̄ ꝓter
spm̄ ꝓphie: sicut sup. x.
dicit de ipso: ꝓphetabis
cum eis & mutaberis in
virum alium. & sic expo-
nitur quod dicit hic: q̄
samuel non vidit eū vsq;
ad diem mortis sue. s. in
regio habitu & coi statu.
Aliter exponit referēdo
ad mortem saulis: q̄ tūc
vidit eum samuel suscī-
tatus: & renunciauit ei
mortem suā futuram in
crastinum: que dies iam
inceperat quādo samuel
hoc dixit: q̄ dies apud
hebreos incipit a vespera
p̄cedētis diei. d Ve-
rūtamē lugebat &c.] nō
ad hoc q̄ sententia dñi
ꝫ eū mutaret quā sciebat diffinitiuā. et p̄dictū ē: b cōpatiēs aie ei⁹
ne dānaret eternaliter. & timēs ne ꝓphes israel ꝓpē petā saulis affligeret.

fecit absq; liberis mulieres gla
dius tu⁹:] sic absq; liberis erit
inter mulieres mr̄ tua:] Et fru-
sta cōcidit eū samuel] coram do-
mino in galgalis. Abijt autem
samuel in ramatha: saul vero
ascendit in domū suā in gabaa.
Et nō vidit samuel vltra saul
vsq; in diē mortis sue.] Verū-
tamen lugebat samuel saul:]
quoniam dominum penitebat
q̄ constituisset regem saul su-
per israel. xvi

Jrit q; dñs ad samuelē
Usq; quo tu luges saul:
cū ego pieceri eū ne regnet sup
israel: Imple cornu tuum oleo:
& veni ut mittā te ad isai beth-
leemitē. Prouidi enim in filijs
eius mihi regem. Et ait samuel
Quō vadam. Audiet eni saul:
& interficiet me. Et ait dominus:
Vitulū de armēto tolles i ma-
nu tua & dices: Ad imolandū
domino veni. Et vocabis isai
ad victimā. Et ego ostendā ti
bi q̄d facias: & vnges quēcūq;
mōstrauero tibi. Fecit ergo sa-
muel sicut locutus e ei dominus.
Venitq; i bethleem. Et admi-
rati sunt seniores ciuitatis: oc
currentes ei. Dixerūtq;: Pa-
cificus ne est ingressus tuus:] Et
ait: Pacificus. Ad imolandū
dño veni. Sanctificamini: & ve-
nite mecū ut imolem. Sanctifi-
cauit ergo isai & filios eius:] &
vocauit eos ad sacrificiū. Cūq;
ingressi essent: vidit heliab &
ait: Nū coram dño est xp̄us
eius:] Dixit dñs ad samuelem.
Ne respicias vultum ei⁹: neq;
altitudinē statur̄ eius: q̄m ab-
ieci eū: nec iuxta intuitū hois
ego iudico. Homo enim videt
ea que parēt: dominus autem
intuet cor.] Et vocauit isai ami
nadab: & adduxit eū coram sa-
muel. Qui dixit: Nec hunc elegit dominus. Adduxit autem
isai samma: de quo ait: Etiam
hunc non elegit dñs. Adduxit
ita; isai septē filios] suos coram
samuel. Et ait samuel ad isai:
Nō elegit dñs ex istis. Dixitq;
samuel ad isai: Nūq̄d iam cō-
pleti sunt filij: Qui respondit:
Adhuc reliquus e puer: & pa-
scit oues: Et ait samuel ad isai:
Mitte: & adduc eū. Nec enim
discūbemus prius q̄m buccille ve-
niat] Misit ergo & adduxit eū
Erat aūt rufus & pulcher aspe-
ctu: decoraq; facie. Et ait dñs:
Surge & vnge eū.] Ipse e eni.
Tulit ergo samuel cornu olei
& vnxit eū i medio fratrū eius.
Et directus e spūs domini a
die illa in david:] & deinceps.
Surgens q; samuel abijt in ra-
matha: Spiritus aut de domini
recessit a saul: & exagitabat eū

dño veni. b erat verū. licz cū b esset alia cā. i Et vocabis
isai ad victimā: ut ipse & filij ei⁹ sanctificarēt. k Et admi-
rati &c.] tū q̄ nō ꝓsueverat illuc venire: tū q̄ veniebat mul-
tū solitarius. q̄ legatio sua de negotio regni erat secreta.
l Dixerunt q; pacificus &c.] timebāt enim ne fugeret a
facie saulis offensi
ꝓtra eum. eo q̄ ar-
guens ipsū denūci-
auerat ei trāslatio-
nem regni. m
Ad imolādū dño
veni. ad duo enim
venerat. s. ad inun-
gendum regem. & illud tacuit: quia erat secretū: & ad offerendū. & illud exp̄ssit: q̄ in pu-
blico erat agēdum sm̄ q̄ fuerat sibi dictum a dño: ut habet ex predictis.
n Sanctificauit ergo &c.] aqua expiatiōis uel p̄ continentiā ab vxoribus. o Cumq; ingressi essent. hic cōsequenter ponit
dauid inunctio: p̄mittit tū fratrum suor̄ repulsio. cum dicitur: Cūq; in-
gressi essent. locum secretū ad iungen
dum regem. p
Vidit heliab. qui erat primogenitus isai & magne statu-
re. ut habetur ex se-
quentib⁹. q Et ait. i corde suo: r
Nū coram dño. q. d sic: q̄ ex magnitu-
dine statur̄ iudi-
cauit eū ee aptum dignitati regie. s b excludit dñs di
cēs: s Ne respi-
cias. &c. q̄m abieci eū nolēs eū regna
re. cuius rationē assignat hebrei q̄
erat superb⁹ corde & iracundus: q̄ dō p̄z ex hoc q̄ sequenti ca.
dicitur. Iratus fuit ꝫ david & eū valde dure increpauit sine
cā. cū tū iā vidisset eū vngi in regē p̄ samuelē. t Dñs aūt
&c.] hoc enim est ꝓphetū ipsi⁹ scire secreta cordiū. v Et vo-
cauit isai aminadab. sic e in hebreo. x Adduxit ita; &c.]
j. Paralypomenon. ij. ponunt tres. vij. filij isai: cōputando da-
uid qui nōdum adhuc venerat: & iō dicit hic & ca. sequenti:
vbi exprimunt octo eius filij q̄ Jonathā filius samma quē
adoptauerat ei in filiū: & nutriuerat inter filios suos: cōputat
inter filios ei⁹: & fuit additus⁹ coram samuele añis q̄ veniret david
q̄ erat ipso iunior: y Mitte & adduc &c.] q̄ mādatū dñi
volebat ipiere diligenter: & q̄ verebat iungere regē oleo sacre vn-
ctiōis: q̄ dz fieri cū reuerētia & saliua ieiuna. z Erat aūt
rufus. In hebreo br̄: rube⁹ uel rubicūd⁹. a Et ait dñs &c.] q̄
tale negociū debebat fieri stādo cū deuotiōe & reuerētia. b
Et direct⁹ &c.] i. spūs fortitudis & ꝓstātie ad liberādū ꝓpm.
vū et se. ca. dr̄ q̄ inermis iuit ꝓstāt & voluntarie ad pugnan-
dū ꝫ philisteū. Hiero⁹ dic q̄ ab illa die fuit i eo spūs ꝓphie: &
extūc cepit psalmos canē. & b ꝓsonat dicto illoꝝ q̄ dicūt ipsū
fecisse illū ps. Dñs illuiatio mea &c. in sua vnctiōe. c Spūs

Jrit q; dñs. Supervius actū est de regno e Saū. xvj.
Jabii sub saule: hic consequenter agitur de regno stabili
sub dauid. Circa q̄ aduertendum q̄ dauid fuit inunc-
tus in regem: nō ad hoc ut statim possideret regnū. sed
quando accederet beneplacitum diuinū. deus autem tolerauit saul
in possessione regni vsq; ad mortem suam: ut ex persecutiōe dauid
malitia saulis amplius declararet: & dauid inocentia atq; patien-
tia probaretur. Primo igitur describitur ipsius dauid inunctio. se-
cūdo saulis emulatio. ca. xvij. tertio dauid psecutio. ca. xix. quarto
ipsius saulis mors: & dauid exaltatio. ca. xxviij. Circa primum sa-
muel a deo mittit. secūdo dauid inter fratres inungitur. ibi: Cūq;
ingressi essent. tertio saul tanq; reprobatus a maligno spiritu affli-
git. ibi: Spūs aut̄ dñi &c. Circa primū dicit samueli a domino:
f Imple cornu tuū oleo. p cornu q̄ē vas solidum. designat sta-
bilitas regni dauid: sicut p lenticulā q̄ē vas fragile designata fuit
fragilitas regni saulis: supra. x. ca. g Et ait samuel quō vadā &c.
hoc dicit nō diffidendo de ꝓtectiōe dīna. & q̄rit modū q̄lit̄ retrahat
re. ꝓter q̄ dñs rñdit: b Vitulū de armento &c. ad imolandū

autē dñi. Hic consequenter ostendit saulis afflictio per spiritū malū qui a deo pmissus fuit eū affligere, ideo subdit:
a Ecce spūs dñi malus. dicitur aūt demon spiritus dñi qz natura ipsius bona ē ⁊ a deo p creationē. sed malꝰ factus fuit p superbiā suam. cetera patent vsq; ibi: b Psallat manu ⁊c. ⌋ qualiter autē hoc fit. dicit in fine capituli. c Et respōdens vnus de pueris ⁊c. dicūt hebrei q; iste fuit noeth qui erat principalis inter famulos saul. ⁊ dixit ei ex odio: qz iam dauid odiebat. ⁊ sic querebat ut staret in psentia saulis cum a demone afflig̃eret. ⁊ sic a saule uel demone ipsū agitante occideretur. ⁊ ideo ipsum cōmendauit nō ad bonum ipsi⁹ dauid finaliter ꝫ intentionem suā. vnde ⁊ in eius cōmēdatiōe aliquid addidit qō nō videtur verum dicens: d Et virum bellicosum. qz adhuc erat iuuenis. vnde ⁊ saul dixit ei postea. ut habetur ca. se. non vales resistere philisteo isti qz puer es. sic enī faciunt homines malicioſi cōmendando illos quos oderunt ut in aliquo casu sub specie boni eos confundant. sed deꝰ frequenter eorū insidias puertit ad bonū illoz quibus insidiant qz nō est scia cōtra dñm. sicut deus maliciā fratrum ioseph ipsū vendendo ne eis dñaretur cōuertit ad cōtrarium. quia per hoc fuit exaltatus in egypto: ⁊ fratres sui coacti fuerunt adorare ipsū: e Tulit ⁊c. ⌋ i. oneratum panib⁹. uel secundum alios saccū factum de corio asin. plenū panibus. cetera patent vsq; ibi: f Igitur quandocunq; ⁊c. ⌋ qz nō affligebat eū cōtinue sed p interualla tpis. g Dauid tollebat citharam. i. accipiebat. ⁊ percutiebat manu sua. quia contactu digitorum fit talis melodia. h Et refocillabatur spiritꝰ saul. cuius cā subditur: Recedebat enī ab eo spūs malus. Ad maiorē huius euidētiam queritur hic. vtꝝ demones virtute melodie possint expelli a corporibus obsessis. ⁊ videtur q; sic qz dicitur hic: Recedebat ab eo spūs malus. Itē Tobie. vj. ca. dixit angelus raphael de iecore piscis q; si super carbones ponatur fumus eius extricat omne genus demoniorū siue a viro siue a muliere. odor aūt huius fumi nō ē maioris virtutis q; melodia. maxime cū sensus audit⁹ sit magis disciplinabilis ergo ⁊c. Itē in musica Guidonis dicitur q; sunt qdā demones qui melodiā sustinere nō valent. Itē Josephus libro de iudaico bello dicit q; ī exercitu titi cum obsideret urbē erat qdā qui p lapidē ānuli demones expellebat a corporibus obsessis. Salomon etiā dicitur fecisse exorcismos ad demones expellendos. Ista autē sunt qdā sensibilia. ꝫpter qō nō videtur in eis esse maior virtus q; in melodia. ergo ⁊c. Contra Job. xli. Nō est ptās sup terrā que ei competat. dicitur de diabolo. Et quo patet q; maior est virtus demonis ⁊ supior q; cuiuscūq; rei corpalis uel sensibilis. minor aūt ptās non habet efficaciā super maiorē sed econuerso. Melodia autē ē quedā res sensibilis imutās auditū corpalem. ergo ⁊c. Respōsio, dicendum si demones secūdū opinionē platonicoꝝ haberent corpa naturaliē sibi vnita, put dicit Apulei⁹ q; demones sūt aialia corpore aerea. mēte rōnalia. tpe eterna. aio passiua: sic nullū esset inconueniēs dicere q; ex melodia ⁊ ex aliquib⁹ rebus sensibilib⁹ possent imutari: ⁊ ab afflictione hominum repelli. ponebant autē platonici nām demonū ee mediam inter intelligentias: q; sunt substātie pure spūales: ⁊ homines habētes corpora ex quatuor elementis constituta. Sed qz sacra scriptura ⁊ fides catholica asserit demones ee de natura angelica: ⁊ q; naturalia remāserunt in eis integra ꝫ puis sint p maliciā deprauati. oportet ꝫiter dicere q; nulla res sensibilis aut virtus corpalis pōt in eis aliquid agere directe uel indirecte: cū sint oīo spūales substantie: per qō possint ad aliqd cōpelli: nec p ꝫis ab obsessis corporibus expelli. virtute autē dīna q; superior ē pōt hoc fieri imediate: uel mediantibus sanctis angelis qui frequenter in talibus sunt executores voluntatis diuine. videt tñ rōnabiliē cōcedendū q; p melodiā seu per aliqua alia sensibilia possūt afflicti a demonibus afflictionē leuius ferre. vno modo qz actus actiuoꝝ sunt ī patiente ꝫdispōsito ut dicitur 2°. de aīa. Demones autē nō possunt materiā corpalē secundū suam voluntatē transmutare. sed hoc faciunt mediantibus actiuis corpalibus. ꝫpter qō ī suis actibus hoīes affligendo aliquādo ꝫsiderant dispositionem materie corpalis. vnde ⁊ dicunt aliq; lunatici: ut hꝫ Matth. iiij. ⁊ xvij. q; secūdū variā dispositionē lune affligūtur a demonibus ex dīna tñ pmissione: qz luna hz dñium super humida. ⁊ secūdū hoc cerebrū hoīs qō inter oēs partes corporis ē magis humidū. magis ē aptū ad suscipiendū actionē demonis vno tēpore q; alio. secūdū variū motum lune. ⁊ eodē mō ad ꝫriū per melodiā seu per aliquā rē sensibilē pōt causari dispō in corpore humano per quā minus subijcitur actioni demonū: ⁊ sic afflictio ab eis causata diminuit ⁊ alleuiatur. Alio modo pōt hoc ꝫtingē: qz ad afflictionē reqrit̄ perceptio. Delectatio enī ē cōiunctio ꝫuenientis cū cōueniēti cū perceptiue eiusdē: ita q; vbi nulla ē perceptio. nulla ē delectatio. ⁊ eodē modo ē de tristicia seu afflictiue que est de pniti malo: seu ꝫiunctio cū perceptiue eiusdē ⁊ iō illud qō diminuit perceptionē huiusmodi diminuit ⁊ alleuiat afflictionē. Melodia vero attrahit ad se mentē attentionē: ⁊ per ꝫis ab alio retrahit. ⁊ sic pōt alleuiare afflictionē a demone causatā in hoīe inq̄tum attrahit ad se attentionē ⁊ retrahit ab afflictiōis perceptiue. sed demonē affligentē nō pōt expellere ut ꝑdictū ē. Ad primū igitur dicēdū q; per melodiā virtute naturali saul leuius poterat ferre: ut dictū ē. sed per eā ut sic demon nō recedebat. sed magis virtute diuina imediate uel mediātibus angelis sanctis ex merito dauid: qui laudes diuinas i cithara canebat, p salute saulis. Sicut ⁊ per oīones sanctoꝝ frequentē legūt demones expulsi a corporib⁹ obsessis. Melodia etiā ad hoc aliq; modo faciebat. nō agendo in demonē. sed inq̄tū deuotionē dauid excitabat. sicut ⁊. iiij. Reg. ij. ca. dicitur q; helise⁹ fecit adduci psalten ut mens eius in deū eleuaretur.

eodē modo in ꝫposito ex melodia mens dauid magis eleuabatur in deū: ⁊ sic ei⁹ laudes ad expulsionē demonis erāt magis efficaces apud deū. Ad secūdū dicēdū q; liber tobie non ē de canone: ⁊ ideo licz recipiatur in eccl̄ia ad legendū, p edificatiōe, tñ nō ē efficax ad ꝓbationē alicuius dubij: ut dicit Hiero. in ꝓlogo galeato. verūtñ pōt dici q; fumus illius iecoris nō expulit demonē sed meritū orationis tobie: qō per fumi odorem designabatur: ⁊ hꝫ pz per illud qō ibidē dicitur q; angelus raphael apprehēdit demonē ⁊ religauit eū in superioribus egypti. Et q; pz q; non ex virtute fumi iecoris: sed virtute sancti angeli volūtatem diuinā exequentis fuit ille demon expulsus: ⁊ ita fuisset in quacūq; alia persona vbi talis oīo ⁊ dīna ordinatio affuisset: ⁊ hoc mō intelligenda sūt verba angeli raphaelis. Ad tertiū dicendū q; de dicto illius Guidonis nō ē multū curādū cū nulli⁹ sit auctoritatis. Pōt etiā dici q; ad melodiā repellūt ꝫpter sanctitatem melodiā facientis: ut dictū est de dauid: uel ꝓpter maliciā ipsius: utpote si fiat ad hoc q; per hoc reuerentia deo

Misit ergo saul nuncios ad isai dicēs. Mitte ad me dauid filiū tuum: qui est in pascuis. Tulit itaq; isai asinū plenum panib⁹ ⌋ ⁊ lagenam vini: ⁊ hedum de capris vnum: ⁊ misit per manū dauid filij sui sauli: Et venit dauid ad saul: ⁊ stetit cora eo. At ille dilexit eum nimis: ⁊ factꝰ ē ei⁹ armiger. Misitq; saul ad isai dicens: Stet dauid i cōspectu meo. Inuenit enī grām i oculis meis. Igit̄ qñcūq; spūs dñi malꝰ arripiebat saul: ⌋ dauid⁸ tollebat citharā ⁊ percutiebat manu sua: ⁊ refocillabat saul ⁊ leuius habebat. Recedebat enī ab eo spūs malꝰ

spūs nequā a dño. Dixerūtq; serui saul ad eū: Ecce spiritus domini malus exagitat te. Jubeat dominus noster rex: ⁊ serui tui qui cora te sunt querent hominē sciētē psallere citharā: ut quando arripuerit te spiritꝰ domini malus: psallat manu sua: ⁊ leuius feras. ⌋ Et ait saul ad seruos suos: Prouidete ergo mihi aliquē bene psallentē: ⁊ adducite eum ad me. Et respondens vnus de pueris ait: Ecce vidi filiū isai bethleemitē scientē psallere: ⁊ fortissimū robore: ⁊ virū bellicosum ⁊ prudentē in verbis: ⁊ virum pulchrum: ⁊ dominus est cum eo.

rebita demonibus tribuaſ cuius ſũt cupidi: ⁊ ſic receſſũt non ſicut coacti-ſed voluntarie .ut tales boies in errore teneãt: ⁊ in ſua ſeruitute .qõ maxime reſiderãt. Et eodẽ modo dicendũ ẽ de illo q̃ in exercitu tyri demones expellebat: q̃ hoc arte magica faciebat ꝑ pacta cũ demonibus inita tacita uel expreſſa: quibus fingunt ſe expelli: ut boies in errore teneãt ⁊ in ſua ſeruitute: ut dictũ eſt. De exorciſmis uero a ſalomone cõfectis· dicẽdũ q̃ ſi fecit eos tpe quo habebat ſpm̃ dei: illis repellebãt demones virtute diuina: ſic ſupra dictũ ẽ de oratiõibus ſanctoꝝ. ſi uero confecit eos poſtq̃ fuit idolatra: repellebãtur eis demones arte magica: ꝑut demones fingunt ſe expelli mõ predicto: ut boies teneãt in errore. a Cap. xvij

Ongregãtes aũt poſtq̃ deſcripta ẽ ipſius dauid cleric̃o: hic ꝙſequenr̃ deſcribitur ꝓ eũ ſaulis emulatio. Et primo ponit̃ cauſ emulatiõis cã. 2°. inuidia ſubſecuta. ca. xvij. Circa primũ ſciendum q̃ cã emulatiõis fuit laus ipſi⁹ dauid ex victoria quã habuit ꝓ philiſteũ: ꝑut expꝛimit̃ ca. xvij. ⁊ iõ in hoc ca. primo deſcribit̃ belli apparatus. 2°. ipſius dauid aduentus· ibi: Dauid aũt. 3°. dauid ꝓflict⁹· ibi: Audita ſunt autem. quarto ipſius triũphus: ibi. Preualuitq̃ dauid. Circa primũ ꝑmittitur vtriuſq̃ exercitus ſituatio· cũ dicit: b In ſochot iude. hoc dicitur ad differẽtiã illi⁹ ſochot q̃ ẽ vltra iordanẽ vbi iacob mãſit declinãs ab eſau: ut habet̃ Geñ. xxxiij. c Et philiſtiim ſtabãt ſup mõtem ex pte hac ⁊c. ad hoc eni vterq̃ exercit⁹ ſtabat i mõte valle exĩte in medio: ut ſi vn⁹ exercitus vellet venire ad aliũ· ille exercit⁹ q̃ ſtabat in monte oppoſito haberet auantagiũ interficiẽdi aduerſarios de valle aſcẽdẽtes ad cũ. 2°. ponit̃ ipſi⁹ goliath gloriatio: ybi ꝑmittit̃ ei⁹ ſtatura: ⁊ armatura· cũ dicit: d Et egreſſus ⁊c.] Ixbzei uero dicũt b: Et egreſſ⁹ eſt vir inẽmedi⁹ de acieb⁹ philiſtinoꝝ. ⁊ dr̃ inẽmedius bõ fozẽ ⁊ audax. qui cõfidẽs de fortitudine ſua. egredit̃ ante aciẽ ſuoꝝ pat⁹ preliari ꝓ aliũ venientẽ de acie oppoſita: ſicut ſolent facẽ in exercitibus aliqui uolẽtes oñdere ſuã ꝑbitatẽ: ⁊ hrã ſequens ꝓſonat huic dicto e Altitudinis ſex ⁊c.] Cubitus ſecũdũ vnã opinionẽ continet duos pedes vſuales: ſecundum aliam uero pedem ⁊ dimidium. ⁊ ſic ſecm̃ vtranq̃ expoſitionem uel opinionem pater altitudo ipſius. f Et caſſis erea ⁊c.] Hic dicunt alĩq̃ q̃ noie eris intelligitur oẽ genus metalli. ⁊ ſic in hoc loco ꝓ ferro accipitur es: ita q̃ caſſis erea idem eſt quod caſſis ferrea: quia nõ ſolet fieri de ere: ſed de ferro. g Et lozica hamata induebat̃. i. cõcatenata: q̃ fit de annulis ad modũ catbene conũctis. hebzei aũt hic dicunt: Et lozica ſquamata induebat̃. q̃ ſup lozicã habebat armaturã factã de laminis ferreis ꝑ modũ ſquamaꝝ ordinatis· ſicut ẽ gen⁹ armature: quod vocat̃ plates gallice. ⁊ hoc erat ne ꝑ foramina lozice ſagitta uel ſpiculũ aut gladi⁹ poſſet trãſire. b Et ocreas ⁊c.] in hebzeo habet̃ Et vaſaria uel frontaria uerſus pedes eius: q̃ galea q̃ erat erea ſuper verticem deſcendebat q̃dam lamina operiens naſum ⁊ tendens deorſũ vſq̃ ad collũ uerſus pedes: ſicut ſolebat fieri in antiq̃s galeis. i Et clypeus ere⁹ ⁊c.] hebzei dicũt: Et ſpiculũ ereum inter ſcapulas eius. ⁊ dicitur hic ſpiculũ ſm eos quedã lamina deſcẽdens a caſſide ꝓcedens in acutũ inẽ ſcapulas: ut ſic ꝓtegeret collũ ⁊ iunctura armoꝝ capit̃ ⁊ corpis. k Et armiger ⁊c.] i Ixbzeo habet̃: Et portans ꝑtam ſuam uel ſcutum ante cũ ſicut ſolet fieri pugilibus q̃ vadunt ad cõgrediendum. ſed quãdo debent actu congredi tũc traditur eis ſcutũ. Et hoc etiã ꝓ q̃ ꝓdictũ ẽ. ſ. q̃ illud q̃ ꝑtẽdebat a galea inter humeros: non erat ꝓprie clypeus. 2°. ponit̃ ipſi⁹ goliath gloriatio. cum dicitur: l Stanſq̃. ut magis videret. m Clamabat. ut a longe audiret. n Aduerſum phalangas i. agmina armatorum. o Quare venistis parati ad preliũm. i. tanto numero. q. d. cito poteſt finiri negocium per ſingulare certamen inẽ me ⁊ vnum de veſtris a vobis electũ ⁊ ſequtur: p Et aiebat philiſteus. ſe iactando ⁊ exercitui iſrael exprobrando. ideo ſubdit Ego exprobraui ⁊c. q Audiens aũt ſaul ⁊c.] propter altitudinẽ ſtature ipſi⁹ ⁊ robur armature. r Et metuebãt nimis. q. null⁹ audebat hoc duellũ recipere. s Dauid aũt. hic ꝓnter deſcribit ipſi⁹ dauid aduent⁹ miſſi a pre. iõ dr̃: Dauid aũt ⁊c.] i. bethleemite: q. bethleẽ altero noie vocatur ephrata: ut habet̃ Geñ. xlviij. t De bethleẽ iuda. hoc dr̃ ad differẽtiã alteri⁹ bethleẽ q̃ nõ ẽ i tribu iuda. v Qui habebat octo filios. cõputãdo Jonathã: q̃ erat filius adoptiu⁹: ut dictũ eſt ca. precedenti. x Senex ⁊ grãdeu⁹. q. iam erat emerite militie. y Abijt dauid ⁊c.] quia non habebat officium coram eo cytbariçandi. ideo ad officium priſtinum reuerſus eſt in domum patris ſui. z Procedebat uero philiſteus ⁊c.] bis in die ad ſui iactantiam: ⁊ iſraelis vituperationem. a Et ſtabat. xl. diebus. Exercitus enim philiſtinoꝝ ſtabat i vno monte ⁊ exercitus iſrael in monte alio oppoſito ⁊ vallis erat intermedia: ⁊ ideo quilibet exercitus ſic diu ſtabat i loco ſuo quia nec iſte exercitus nec ille audebat in vallem deſcendere ad procedendũ contra aduerſarios: q. exercitus ſtans i loco ſuo ſtatim poſſet alium lapidibus obruere. b Accipe fratribus ⁊c.] in hebzeo habetur: Ephi granate. i. granoꝝ tritici decoctorum. Ephi autem quedam menſura eſt continens decies gomor: ꝓout dictum fuit Exo. xvj. c Et decem. formellas caſei. i. decẽ caſeos paruos habentes formã paruã

Ongregantes aũt philiſtiim agmina ſua in preliũ: conuenerunt i ſochot iude: ⁊ caſtrametati ſunt inter ſochot ⁊ azecha in finibus domim. Porro ſaul ⁊ viri iſrael cõgregati: venerũt i valle terebinthi: ⁊ direxerũt aciẽ ad pugnandum ꝓtra philiſtiim. Et philiſtiim[c] ſtabant ſuper montem ex parte hac: ⁊ iſrael ſtabat ſupra montem ex altera parte: valliſq̃ erat inter eos. Et[b] egreſſus ẽ vir ſpurius de caſtris philiſtinoꝝ] noie goliath de geth: altitudinis[c] ſex cubitorũ ⁊ palmo:] ⁊[d] caſſis erea ſup caput eius:] ⁊[e] lozica hamata induebatur. Porro pond⁹ lozice eius q̃nq̃ milia ſiclorum eris erat: ⁊ ocreas[b] ereas habebat in cruribus:] ⁊[f] clypeus ereus tegebat humeros eius.] Haſtile aũt haſte eius erat quaſi liciatorii texentium ipſum aũt ferrum haſte eius ſexcẽtos ſiclos habebat ferri. Et armiger[k] eius antecedebat eum.] Stanſq̃[l] clamabat[m] aduerſum[n] phalangas iſrl: ⁊ dicebat eis: Quare[o] venistis parati ad preliũ: Nunquid ego nõ ſum philiſte⁹: ⁊ vos ſerui ſaul? Eligite ex vobis virũ: ⁊ deſcẽdat ad ſingulare certamẽ. Si quiuerit pugnare mecũ ⁊ perceſſerit me: erimus vobis ſerui Si aũt ego preualuero ⁊ percuſſero eum: vos ſerui eritis ⁊ ſeruietis nobis. Et[p] aiebat philiſteus: Ego exprobraui agminibus iſrl hodie. Date mihi virum: ⁊ ineat mecum ſingulare certamen. Audiens[q] aũt ſaul ⁊ oẽs iſraelite ſermones philiſtei huiuſcemodi: ſtupebãt] ⁊[r] metuebant nimis. Dauid[s] aũt erat fili⁹ viri ephratei:] de quo ſupra dictum eſt de bethleem iuda cui nomẽ erat iſai: qui[t] habebat octo filios: ⁊ erat vir in diebus ſaul ſenex[t] ⁊ grandeu⁹ inter viros. Abierunt autem tres filij ei⁹ maiores poſt ſaul in preliũ. Et noia triũ filioꝝ eius qui perexerunt ad bellũ: heliab primogenitus: ⁊ ſecundus aminadab: tertius quoq̃ ſamma. Dauid autem erat minimus. Tribus ergo maioribꝫ ſecutis ſaulem: abijt[r] dauid ⁊ reuerſus eſt a ſaul] ut paſceret gregem patris ſui in bethleem Procedebat[z] uero philiſte⁹ mane ⁊ veſpere] ⁊[a] ſtabat q̃draginta diebus. Dixit autem iſai ad dauid filium ſuum: Accipe[b] fratribus tuis ephi polente] ⁊ decẽ panes iſtos: ⁊ curre in caſtra ad fratres tuos: ⁊[c] decem

in hoc q̄ videf mentita fuisse nō oportet eam excusari. uel pōt dici q̄ sic locuta est in spe resurrectionis filij sui p helyseum: que fuit materia maioris gaudij q̄ conceptio uel parturitio. a Et accessit gieçi ut amoueret eā. helyseus enī nō erat assuetus p̄mittere q̄ mulier tangeret ipsū. b Dimitte illam, ut non solū per preces helysei: sed etiā per lachrymas matris impetraret resurrectio filij. c Et dominus celauit a me. quia spiritꝰ sanctus non semp tangit corda p̄phetarū neq; de omnibus. d Nunq̄d petiui filiū a dño meo? q. d. sicut p̄cio motu mihi filiū impetrasti-ita obsecro ei? resurrectiōē impetrare: ut verbū tuū sit stabile. e Accinge lumbos tuos i. dispone te ad currendum velociter ⁊ expedite. f Si occurrerit tibi bō non salutes eum. i. non cōmisceas cū eo p̄ba te ab itinere impediētia: ⁊ p talem modū loquit̄ saluator discipulis ad predicādū missis. Luc. x. Neminem p viam salutaueritis. Gieçi aut̄ p̄cesserat ⁊c. seq̄t̄: g Et nō erat vox neq; sensus. dicit Ra. Sa. q̄ b fuit p̄pter demeritum gieçi qui nō seruauit preceptum helysei: sed occurrentibus sibi hominibus iactanter dicebat se missum ad suscitandum mortuū. Expositores aut̄ nostri dicūt q̄ hoc fuit ad designādū q̄ lex vetus que p baculū designatur non cōferebat gratiam viuificantē: sed hoc facit verbū incarnatum: q̄ significabat̄ p extensionem helysei super puerū. vnde dicit̄ Job. j. Lex p moysen data est: grā ⁊ veritas p ihm xp̄m b Posuitq; os suū super os eius ⁊c. hoc fecit ad ostendendū magnū desiderium ad pueri suscitationem: uel p̄pter causam mysticā iam dictam: uel potius p̄pter vtrūq;. i Voca sunamiten hāc. non vocat eam p̄pter nomine. ad ostendendū q̄ nō habebat cū ea tantam familiaritatem q̄ petiuisset eius p̄priū nomē. k Erat aut̄ fames in terra. hic p̄ter ponit miraculū ad p̄solationē cōgregationis famelice. ⁊ p̄mo ponit duplex miraculū.

Mina ⁊ p̄pera: ne mihi morā facias in eundo: ⁊ hoc age q̄ p̄cipio tibi. Profecta est igit̄: ⁊ venit ad virum dei in monte carmeli. Cumq; vidisset eā vir dei de contra: ait ad gieçi puerum suū: Ecce sunamitis illa. Vade ergo in occursū eius. ⁊ dic ei: Recte ne agitur circa te ⁊ circa virū tuū ⁊ circa filium tuum? Que respondit: Recte. Cūq; venisset ad virum dei in montē: apprehēdit pedes eiꝰ: ⁊ accessit gieçi ut amoueret eā Et ait homo dei: Dimitte illā Anima enim eius in amaritudine est: ⁊ dñs celauit a me. ⁊ non indicauit mihi. Que dixit illi: Nunq̄d petiui filiū a dño meo? Nunq̄d nō dixi tibi: ne illudas me? Et ille ait ad gieçi Accinge lumbos tuos: ⁊ tolle baculum meū in manu tua ⁊ vade. Si occurrerit tibi homo non salutes eum: ⁊ si salutauerit te quispiam nō respondeas illi. Et pones baculū meū super faciem pueri. Dixit mat̄ pueri ait: Viuit dñs ⁊ viuit anima tua: nō dimittā te. Surrexit ergo ⁊ secutꝰ est eam. Gieçi aūt p̄cesserat ante eos: ⁊ posuit baculū sup faciem pueri: ⁊ nō erat vox neq; sensus. Reuersusq; est in occursū eius: ⁊ nūciauit ei dicens: Non surrexit puer. Ingressus ē ergo heliseꝰ domū: ⁊ ecce puer mortuus iacebat in lecto eius. Ingressusq; clausit ostiū sup se ⁊ super puerum: ⁊ orauit ad dñm. Et ascendit ⁊ incubuit sup puerū: posuitq; os suū sup os eius: ⁊ oculos suos sup oculos eius: ⁊ manus suas sup manus eius: ⁊ incurauit se sup eum: ⁊ calefacta est caro pueri. At ille reuersus deambulabat i domo semel huc atq; illuc: ⁊ ascēdit ⁊ incubuit sup eum. Et oscitauit puer septies: aperuitq; oculos. Et ille vocauit gieçi ⁊ dixit ei: Voca sunamiten hanc. Que vocata ingressa est ad eū. Qui ait Tolle filium tuū. Veniit illa ⁊ corruit ad pedes eius: ⁊ adorauit sup terrā. Tulitq; filiū suū ⁊ egressa est: ⁊ heliseꝰ reuersus est i galgala. Eratꝰ aūt fames in terra: ⁊ filij p̄phetarū habitabant coram eo: dixitq; vni de pueris suis: Pone ollā grādem ⁊ coque pulmentū filijs p̄phetarū. Et egressus est vnus in agrum ut colligeret herbas agrestes. Inuenitq; quasi vitē silvestrem: ⁊ collegitꝫ ex ea colloquintidas agri: ⁊ implenit pallium suū: ⁊ reuersus concidit in ollā pulmēti. Nesciebatꝰ enī quid esset. Infuderūt ergo socijs ut comederēt. Cūq; gustassent de coctione: exclamauerunt dicentes: Mors i olla vir dei. Et nō potuerūt comedere. At ille: Afferteꝰ inquit farinā. Cumq; tulissent: misit in ollam ⁊ ait: Infunde turbe ut comedant: ⁊ non fuit amplius q̄cq̄ amaritudinis i olla. Virꝰ aūt quidā venit de baal salisa defrensꝰ viro dei panes primiarū: viginti panes hordeaceos: ⁊ frumentū nouū in pera sua. At ille dixit: Da populo ut comedat. Respōditq; ei minister eius. Quantū est hoc ut apponā coram centū viris? Rursum ille: Da ait p̄pl̄o ut comedat. Hec enī dicit dñs: Comedent ⁊ supererit. Posuit itaq; coram eis. Quiꝰ comederunt: secundū ponit ibi: Vir q̄dā. Primū miraculū est de pulmenti dulcoratione. cuiꝰ preparatio ponit cū dicit̄: l Loque pulmentū filijs prophetarū. i. discipulis eorū qui viuebant religiose. ut dictū est ē. ij. ca. m Collegit ex eo coloquintidas. que sūt valde amare ⁊ sunt quasi cucurbite silvestres: ⁊ folia eius herbe habent quandā similitudinē cum folijs vitis. n Nesciebat enī quid esset. i. q̄ esset talis amaritudinis. o Afferte inquit farinam. non q̄ haberet ex se virtutē dulcorandi: sed hoc factū est meritis helysei. p Vir autē quidam. hic ponit secundū miraculum de multiplicatiōe panū. cū dicit̄: Vir aūt quidam venit de baal salisa. due sunt dictiones in hebreo. ⁊ baal ut hic accipitur est nomē appellativum. ⁊ sigt̄ planitiē seu regionem. salisa p̄pe est nomen p̄priū ciuitatis in illa regione. q Deferēs viro dei panes primitiarū. nō accipiūt hic panes primitiarū quales offerebant in templo dñi sed dicunt̄ primitiarum q̄ erant de primis frugibus illi? anni. hordeum autē primo venit ad maturitatē. maxime in terra illa. ideo subdit̄: r Viginti panes hordeaceos. in quo ostenditur numerus panū ⁊ materia. Aliqui aut̄ libri habent interpositū li et. sic: ⁊ viginti panes. sed li ⁊ nō ē in hebreo nec i libris correctis nec de textu. s Et frumentū nouū. In hebreo habet̄: Et granatam. frumentū enī nō ita cito venit ad maturitatem sicut hordeū. ⁊ ideo granū non erat adhuc aptū ut inde fieret panis poterant tamen spice ille aliquantulū torreri ⁊ sic granū excuti p cōfrictionem. t Quantū est hoc ut apponā coram centū viris. Erant enim valde parui illi panes: ita q̄ vnus nō sufficeret pro vno homine. q̄ patz ex hoc q̄ ille homo apportauerat panes illos ⁊ granatam intra peram suā. ut dicit̄ in hebr. v Qui comederūt ⁊ superfuit. quia illi panes fuerunt miraculose multiplicati p̄pter meritum helysei. Talis autem multiplicatio potest fieri a deo dupliciter. vno modo p additionē alterius materie. alio modo sine tali additione: quia sicut de nihilo p̄duxit materiā: ita de modica materia uel pauca pōt facere magnā ⁊ multā, sicut dictū fuit plen? Deus. ij. de formatione mulieris de costa ade. ⁊ Joh. vj. de multiplicatione. v. panū in manibus saluatoris. Quis autē istorū modorum multiplicationis fuerit in hoc facto: non habet̄ ex scriptura.

Naaman princeps militie. Hic p̄sequenter a Cap. v. ponit̄ miracula helisei cor̄a infidelibus. 7 p̄ circa hoc triplex miracul̄ ponit. 2° scriptura bistoriā, p̄sequit. viij. ca. Prima in tres. quia p̄mo ponit miracul̄ ad naaman gētilis cōuersionem. secūdo ad insidiātiū repressionē. ca. vj. tertio ad penitentiū cōsolationē. circa mediū vj. capituli. ibi: Factū ē aūt. Prima adhuc diuiditur in tres partes. q̄ p̄mo naaman, p curatiōē restinat. secundo a lepra curatur. ibi: Misitq; heliseus. tertio gieçi lepra punit. ibi: Dixitq; gieçi Circa primū dr: Naaman princeps militie regis syrie erat vir magn⁹ 7 ē. Dicūt eni exp̄ositores nostri cōmuniter q̄ ipse p sapientiā 7 probitatē suā vastauit latrūculos q̄ multū molestabant regnū syrie. 7 ideo subdit: b Per illum eni dedit dn̄s salutē syrie. 7 ꝓpter hoc erat magnus 7 honoratus in regno. Ra. Sa. dicit q̄ ipse sagittauit achab in p̄lio. ut habet̄ ē. iij. li. ca. vlt. licz nomē suū ibi nō exp̄imatur. 7 ꝓpē hoc subdit: Per illū eni dedit dn̄s salutē syrie q̄ interfecto achab syria fuit liberata a tributo qō ei reddebat, p̄ federatiōē benadab cum eo. ut dr. ē. iij. libro. ca. xx. 7 ꝓpē hoc fuit eleuatus ad p̄cipatum militie. c Erat autē vir fortis 7 diues sed lepros⁹. ad hoc enim fuit lepra p̄cussus. ut per curationē eius mirabilē veniret ad dei veri fidem q̄ p̄cusserat achab idolatram. d Utinam fuisset dn̄s 7 c.] ante q̄ eni caperetur 7 in ancillā naamā venderet: audierat in terra israel magnalia que fecerat helise⁹ 7 p hoc sperabat q̄ sic p̄set curari dn̄s suus. Cerat patent vsq; ibi: e Et tulisset secum decem talenta argēti 7 c. In hebreo habet̄: Centū centenarios; quorū quilibz valebat centū talēta cōmunia. hec aūt accepit, p sūptib⁹ in via 7 ad dandū ꝓphete munera. f Ut cures eum a lepra sua. hoc est. facias curari q̄ ꝓphetam qui est in terra tua. g Scidit vestimēta sua. Dicūt exp̄ositores nr̄i cōmunit̄ q̄ hoc fuit eo q̄ intellexit illud verbū esse blasphematoriū sibi potentiā diuinā attribuendo. vnde subditur: h Numquid deus ego sum. modus eni erat iudeorum scindere vestimenta sua quando audiebant dei blasphemiā. Hñ Matb. xxvj. dr Tunc princeps sacerdotū scidit vestimenta sua. dicens; blasphemauit. sed hec exp̄ositio non bene consonat littere sequenti: in qua dicit̄ q̄ heliseus eum reprehendit de tali scissione: qō nō fecisset. si ꝓpter reuerentiam nominis domini facta fuisset. 7 ideo aliter dicit̄ q̄ hoc fecit ex impatientia: credens q̄ rex syrie quereret occasionem mouendi guerram contra se. p̄tendo ab eo rem sibi impossibilem. ideo subdit: i Videte quot occasiones querat aduersum me. i Veniat ad me 7 sciat. per experientiā sue curationis. l Prophetam. dei veri. k Esse in israel. ut sic rex syrie timeat guerram mouere contra populū habentem deum tante potentie. m Misitq; ad eum. hic p̄sequit ponit̄ naaman curatio. cum dicitur: n Vade 7 lauare septies in iordane. hoc autē sibi mandauit p nuncium: ut dei potentie magis attribueretur miracul̄: eo q̄ p̄pheta non locutus fuit cum eo: nec eū tetigit sicut credebat naaman: credens q̄ in ipso prophet̄a esset aliqua virt⁹ curandi ipsū. o Iratus naamā recedebat. eo q̄ per talem modū se curari non sperabat: cū fluuij syrie eēnt ita boni uel meliores: sicut fluuius iordanis. nec tamē habebant ad hoc aliquā virtutem. p Si rem grandē id est difficilē. q Dixisset tibi ꝓpheta certe facē debueras. 7 multo magis rem facilē quā tibi mandauit. r Et restituta est caro eius sicut caro pueri paruuli. que est purior q̄ in etate virili aut senili. quia caro adgenerata p alimentum quanto ꝓcedit vlterius tāto fit impurior: sicut vinū p admixtionē aque ut habetur p̄mo de generatione. s Reuersus q̄ est ad virū dei. ut ostenderet se gratū deo 7 ꝓphete de sua curatione. iō subdit: t Vere scio q̄ nō sit alius deus. 7 sic fidem vnius veri dei quā conceperat corde confessus est ore. sm dictū apli Roma. x. ca. Corde creditur ad iusticiam: ore autē confessio fit ad salutē. v Obsecro itaq; ut accipias benedictionē. i. munera gratanter 7 deuote oblata. x Viuit dominus ante quem sto quia nō accipiam. ut ostenderet se non querere sua: sed anime sue 7 corporis salutem. y Ut tollam onus duorū burdonū. animalia sunt genita ex equo 7 asina: sicut mulus econtrario. s. ex equa 7 asino. z De terra. s. israel quā reputabat sanctam ꝓpter cultū dei ibi existentem. intendebat eni ex ea facere altare in domo sua. sm q̄ dicit Exo. xx. Altare de terra facietis mihi. 7 ibi immolate deo celi. ideo subditur: Non enim faciet

7 sup fuit iuxta verbū dn̄i. V Naaman princeps militie regis syrie erat vir magn⁹ apud dn̄m suū 7 honoratus. Per illū eni dedit dn̄s salutē syrie. Erat autē vir fortis 7 diues: sed leprosus Porro de syria egressi fuerant latrunculi: 7 captiuā duxerāt de terra israel puellā paruulā: q̄ erat in obsequio vxoris naaman. Que ait ad dn̄am suam: Vtinā fuisset dn̄s meus ad ꝓphetā] q̄ ē in samaria; p̄fecto curasset eum a lepra quā habet. Ingressus ē itaq; naaman ad dn̄m suū. 7 nūciauit ei dicens: Sic 7 sic locuta ē puella de terra israel. Dixitq; ei rex syrie: Vade: 7 mittā litteras ad regem israel. Qui cū p̄fectus esset 7 tulisset secū decē talenta argēti 7 sex milia aureos 7 decem mutatoria vestimentorum: detulit litteras ad regem israel in hec verba: Cum acceperis ep̄lam hāc: scito q̄ miserim ad te naaman seruū meū: ut cures eū a lepra sua. Cumq; legisset rex israel litteras: scidit vestimēta 7 ait: Nūquid deus ego sum ut occidere possim 7 viuificare: quia iste misit ad me ut curem hominē a lepra sua: Aliaduertite 7 videte q̄t occasiones querat aduersum me. Qō cum audisset heliseus vir dei: scidisse videlicz regē israel vestimenta sua: misit ad eū dicēs: Quare scidisti vestimenta tua: Veniat ad me: 7 sciat esse ꝓphetā in israel. Venit ego naamā cū equis 7 curribus: 7 stetit ad ostiū domus helisei. Misitq; ad eū heliseus nunciū dicēs: Vade 7 lauare septies in iordane: 7 recipiet sanitatē caro tua atq; mundaberis. Iratus naaman recedebat dicens: Putabā q̄ egrederet ad me 7 stans inuocaret nomen dn̄i sui: 7 tangeret manu sua locū lepre: 7 curaret me. Nunqd non meliores sunt abana 7 pharfar fluuij damasci omnib⁹ aquis israel: ut lauer in eis 7 munder: Cū ergo vertisset se 7 abiret indignans: accesserunt ad eum serui sui 7 locuti sunt ei: Pater: 7 si rem grandem dixisset tibi ꝓpheta certe facere debueras: quanto magis quia nunc dixit tibi lauare 7 mūdaberis: Descendit 7 lauit septies in iordane iuxta sermonē viri dei: 7 restituta ē caro ei⁹ sicut caro pueri paruuli 7 mūdatus est. Reuersusq; ad virū dei cū vniuerso comitatu suo venit 7 stetit coram eo. 7 ait Vere scio q̄ non sit alius deus in vniuersa tra: nisi tm̄ in israel. Obsecro itaq; ut accipias benedictionē a seruo tuo. At ille respōdit: Viuit dn̄s ante quē sto: quia nō accipiam. Cumq; vim faceret: penit⁹ nō acquieuit. Dixitq; naaman: Ut vis. Sed obsecro concede mihi seruo tuo: ut tollam onus duorū burdonum de terra. Non eni faciet vltra seruus tuus holocaustū aut victimā dīs alienis nisi domino. Hoc autē solū est de quo deprecaberis dominū pro seruo tuo: quando ingredietur dominus meus templū remmon

vltra seruus tu⁹ holocaustū nē sequiſ. Hoc aūt solū ē de quo deprecetur dñs p seruo tuo. ⁊ subdiſ. a Si adorauero in templo remmon. non idolū sed dñi verū. b Ut ignoscat mihi dñs. quia nō possū istud tono modo euitare. c Qui dixit ei vade in pace. acquiescendo petitioni sue: sed quia nō solū adorare idolū sed etiam simulare hanc adorationē ē petiſi. ideo dicit̄ h aliqui q̄ q̄naamā erat neophitus. ꝯ in hoc sibi dispensauit heliseus. ⁊ siḡ q̄ posset edificare altare ad offerēdū sacrificia extra tēplum: ⁊ etiā extra totam terrā israel. Sed istud non vidēt conuenienē dictū. p̄mo q̄ naamā fuerit neophit⁹: q̄ p̄ie loquēdo neophitus dicit de nouo cōuersus ad aliquā legē sicut circūcisus de nouo apud iudeos: ⁊ baptiçat⁹ apud xp̄ianos. naamā ꝯo nō fuit quersus ad iudaismū: q̄ nō fuit circūcisus. nec per cōsequēs ad legem mosaicā obligatus sed credidit tm̄ q̄ colebat a filijs israel esse verū tm̄ ⁊ ab omnibus colendū: qō ⁊ multi gētiles fecerūt ⁊ sine legis mosaice observātia saluati fuerūt: q̄ ad ipsam non tenebantur: sicut alias diffusius dictū est. secūdo quia ea que sunt p se mala non sunt dispensabilia: quia nō possūt tene ⁊ absq; pctō fieri de quibus est simulatio idolatrie. ⁊ ideo nō videt bene dictū q̄ heliseus in hoc ipsi naaman dispensauerit: sed solū ei declarauit illud esse sibi licitū. qō timebat esse illicitū: sicut solent facere cōscientie timorose. habebat enī iste naaman officium sustentandi regem: q̄ sicut regine modo p milites sustentāt ita similiter tūc tp̄is reges p p̄ncipes magis sibi p̄inquos. istud aūt nō erat illicitū de natura sua. equaliter enī poterat fieri extra templū idoli sicut ⁊ intra: sicut si aliq̄ puella xp̄iana capta a sarracenis. esset obsequio alicui⁹ dñe deputata ad portandū caudā sue vestis. non videt illicitū q̄ eam portaret intra pbanū machometi sicut ⁊ extra: dum tamē hoc nō faceret in reuerentiā aliquam machometi: sed solū intendens suū officiū exequi: ⁊ hoc petebat naaman ab heliseo. s. q̄ idem officiū qō licite faciebat dño suo extra pbanū idoli. posset sibi facere intra: nō ad aliquā idoli reuerentiā: sed ne incurreret dñi sui offensam. ⁊ hoc cōcessit ei heliseus: q̄ nō erat illicitū ut dictū est. Tertio nō videt bene dictū q̄ ei dispēsauerit de altari construēdo ⁊ ibidem offerendo nō solū extra hierusalem: sed etiā extra iudeā: q̄ illud solū fuit p̄hibitum in locis p̄ tēpli edificationē: ⁊ qñ archa dñi habuit stabilē mansionē. put dictū fuit Deut⁹. ij. ⁊. j. Regū. vij. Naaman ꝯo nō tenebat ad legē mosaicā ut p̄dictū est. iō poterat alibi licite ut adoret: ⁊ illo innitente sup manū meam: si⁸ adorauero in templo remmon: adorante eo in eodē loco: ut⁹ ignoscat mihi dñs seruo tuo pro hac re. Qui¹⁰ dixit ei: Vade in pace. Abijt ergo ab eo: electo tēpore. Dixit¹¹ gieçi puer viri dei: Pepercit dominus meus naaman syro isti: ut nō acciperet ab eo que attulit. Viuit dñs quia curr̄ post eum: ⁊ accipiā ab eo aliquid. Et secutus est gieçi post tergū naaman. Quē cum vidisset ille currentē ad se: descendit¹² de curru in occursum eius ⁊ ait: Recte ne sunt omnia? Et ille ait: Recte. Dñs¹³ meus misit me ad te dicens: Modo venerunt ad me duo adolescētes de monte ephraim ex filijs prophetarū: da eis talentū argenti ⁊ vestes mutatorias duplices. Dixitq; naaman: Melius¹⁴ est ut accipias duo talenta. Et coegit eū ligauitq; duo talenta argenti in duobus saccis ⁊ duplicia vestimenta: ⁊ ¹⁵ imposuit duobus pueris suis: qui ⁊ portauerant coram eo. Cūq; ¹⁶ venisset iam vesperi tulit de manu eorum ⁊ reposuit in domo: dimisitq; viros: ⁊ abierūt: ipse aūt ingressus stetit coram dño suo. Et dixit heliseo¹⁷. Vnde¹⁸ venis gieçi? Qui respondit. Non ¹⁹ iuit seruus tuus quoq;. Ait ille ait: Nōne cor meū in p̄senti erat quādo reuersus ē hō de curru suo in occursū tui? Nunc igit accepisti argentū ⁊ accepisti vestes: ut emas oliueta ⁊ vineas ⁊ oues ⁊ boues ⁊ seruos ⁊ ancillas. Lx²⁰ ⁊ lepra naamā adherebit tibi ⁊ semini tuo vsq; in sempiternū. Et²¹ egressus est quasi²² nix ab eo leprosus. VI Ierunt²³ autē filij p̄phetarū ad heliseum: Ecce²⁴ locus i quo habitamus coram te angustus est nobis. Eamus vsq; ad iordanem ⁊ tollant²⁵ singuli de silua materias singulas: ut edificemus nobis ibi locum ad habitandū. Qui dixit: Ite. Et ait vnus ex illis. Veni ergo ⁊ tu cum seruis tuis. Rndit: Ego veniā. Et abijt cum eis. Cūq; venissent ad iordanē: cedebant ligna. Accidit autē ut cū vnus materiā succidisset: caderet ferrum securis i aquā. Exclamauitq; ille ⁊ ait: Heu heu heu²⁶ dñe mi: ⁊ hoc ipsū mutuo acceperam. Dixit autē homo dei: Vbi cecidit? At ille monstrauit ei locum. Precidit²⁷ ꝯ lignū

b edificādo ⁊ etiā offerēdo. sicut ⁊ filij israel ante legē data. ut p̄z de abrahā isaac ⁊ iacob in Beth. in pluribus locis. Oz aūt ad h naaman petijt onus duoz burdonū de terra israel. fuit ex speciali deuotione. ut dictū ē: lz ad h nō teneret. ⁊ iō circa hoc nō fuit aliqua dispensatio: sed liciti concessio. o Dixit gieçi. Vbi p̄iter describit ipsius gieçi infectio, p̄pter multiplex ei⁹ peccatū i facto isto: q̄rū p̄mū fuit cupiditas que est radix omniū malorū ut dicit ap̄ls. j. Timoth. vj. ⁊ hoc notat cum dr: Pepercit dñs meus nē. licz enī p̄pter nō acciperent aliquid quasi preciū p̄phetie: q̄ tamē pauperes erant viuebāt de oblatis sibi curialiter ⁊ deuote. e Descēdit de curru in occursū eius. p̄pter reuerentiam dñi sui ⁊ gratitudinē beneficij sibi collati. f Dñs meus misit me nē. in hoc mentiebatur. ⁊ sic fuit peccatū secundū. g Melius est ut accipias duo talēta. s. cuilibet iuueni vni. In hebreo habet: Jura mihi. s. q̄ miserit te heliseus: ⁊ accipe duo talenta. ⁊ sm̄ hoc fuit hic tertiū peccatū. s. piurium. h Et impositit duob⁹ pueris suis. i. duob⁹ de seruis naaman. i Cūq; venisset iam vesperi tulit de manu eorū. ne videret eos videret ⁊ peciperet q̄ gieçi aliquid a naaman accepisset. ⁊ sic commisit quartū peccatū. s. furtū rei notabilis. k Vnde venis gieçi? non querit ex ignorantia: q̄ in spū factū viderat: ut postea subdiſ. sed ut ex eius responsione eū de mēdacio cōuinceret. vnde subdiſ: l Nō iuit seruus tuus quoq;. quia mentiebatur ei qui habebat spiritum sanctum: sicut ananias ⁊ saphira petro. ut habetur Actū. v. ideo subditur eius iusta punitio. cum dicit: m Sed ⁊ lepra naaman adherebit tibi. id est eadem species lepre quā habuit ante curationē suam. n Et egressus est ab eo leprosus. quia leprosi separabantur a cohabitatione hominū sanorum. ut habetur Leuitici. xiij. o Quasi nix. color enim albidus ⁊ transparens est signum lepre. sicut habetur Leuitici. xiij. prout ibi plenius dictum fuit. p Cap. vj.

Ierunt autē filij p̄phetarū. Vic ponunt miracula ad infidelium insidiantium repressionem. primo tamen premittit miraculosa ferri natatio. secundo dicta repressio. ibi: Rex autē syrie. Circa primū dicit: q Ecce locus in quo habitamus coram te angustus est nobis. dicit hic Ra. Sa. q̄ gieçi qui erat cupidus: quando erat cum heliseo molestus erat filijs prophetarum venientibus ad heliseum: ne expenderentur ea que dabantur magistro suo. ⁊ ideo ipso abiecto propter lepram plures venerunt ad heliseum. ⁊ ideo non sufficiebat domus pro habitatione ipsorum propter quod volebant eam dilatare. r Tollant singuli de silua materias singulas. id est ligna que sunt materia pro domibus edificandis. s Heu domine mi ⁊ hoc ipsum mutuo acceperam. nec habeo vnde restituam. t Precidit ergo lignum. id est fecit aliquid manubrium: quia primū erat fractum. ut dicit Ra. Sa.

a Natauitq; ferrū: ꝓtra naturā ꝓriā oleādendo nature actor.
b Rex aut̄ syrie. Hic cōsequenter ꝛscribit insidiantiū repꝛessio. Circa qō ꝓmo ꝛscribit insidiatio eor maligna. secūdo eor pcussio digna. ibi: Porro heliseus. tertio liberatio benigna. ibi: Dixitq; rex. Circa ꝓmū ponit insidiatio syrorū contra regem israel: 7 patz hrā vsq; ibi: c Misit itaq; rex israel. hoies armatos in magna copia. d Et ꝓoccupauit. s. illas insidias capiendo. e Nō semel neq; bis. solū supple ꝫ multoties. secūdo ponitur insidiatio ꝫ heliseū ibi: f Dixitq; eis ite 7 videte vbi sit ꝛc̄. 7 pz hrā vsq; ibi: g Heu heu heu domine mi. cognouit enī p insignia armorū q; erāt syri hebreorū aduersarij. h Plures enī nobiscū sunt. sciebat enī p spiritū sanctū ꝓtectionē angelicā i sui auxiliū aduenisse: cuius potestas quasi incōparabiliter maior ē q; humana. i Dñe apr oculos pueri hui⁹. i. da ei virtutem videndi ea que non possūt naturaliē videri. k Ecce mons plenus equorū 7c̄. facta est illa repsentatio visioni imaginarie: uel etiā exteriori visui per formationes taliū species in aere: qr vtroq; modo potuit fieri a deo. ad ꝛsignandū ꝓtectionē. l Porro heliseus. Hic cōsequenter ꝛscribit eorū pcussio ratione heliseī. cum dicit: m Percute obsecro gētem hāc cecitate. hic accipitur cecitas ꝓ acrisia: que dicit ab a qō est sine 7 crisis iudicium: 7 est passio qua homo nō pcipit uel diiudicat sm veritatē ea que videt: 7 hoc modo fuerūt percussi sodomite volentes ostium loth cōfringere. ut habet Gen. xix. n Non est hec via: neq; ista ē ciuitas. s. vbi manet ꝓpheta quē queritis. licz enī venisset bethaim. hoc tamē non erat ad manendum diu: sed ei⁹ mansio diuturnior erat in samaria. ut patz ex dictis ca. ꝑcedenti: Vtinā fuisset dominus me⁹ ad ꝓpheтam qui est in samaria. 7 ꝓ ꝫ patz qō postea sequit ca. isto: Heliseus aut̄ sedebat in domo sua. 7 sic certum ē q; erat in samaria. ex quo pz q; heliseus dixit eis veritatē: quia via recta duxit eos in samariā. o Dñe aperi oculos istorū. remouendo acrisiā predictā ꝓ Dixitq; rex israel. Hic ꝓsequenter ponit istorū liberatio benigna quia cum rex vellet eos pcutere: heliseus non ꝓmisit: sed etiam literaliter refici a rege imperauit. vnde subdit: q Appositaq; ē eis cibor magna ꝓparatio. ex ꝫ pz q; nolle panis 7 aq̄ ꝛsignatur oīs potus 7 cibus in scriptura. r Et vltra non venerunt latrones 7c̄.] tū ex gratitudine beneficij sibi collati ab heliseo: tum timore ne si venirent iterū ꝓpter ingratitudinem heliseus eos faceret capi 7 occidi. s Factū est aūt. Hic ꝓfiter ꝛscribitur miraculū heliseī ad cōsolationem penitētiū. 7 ꝓ ponit eor afflictio. 2° afflictiōis remotio. ca. vij. Circa ꝓmū sciendū q; licz iorā amouisset statuas baal: tamen non amouit cultū vitulorū quos fecerat hieroboā. ut habetur supꝫ. iij. ca. Ipse etiā 7 popul⁹ isr'l multa alia mala faciebāt ꝓpter que dñs permisit eos affligi obsidiōe longa. 7 hoc est qō dicit: t Et tādiu obsessa ē donec venundaret̄ caput asini 7c̄.] 7 accipit hic caput ꝓ toto aīali sm aliquos: quia hic est modus loquendi apud emptores animalium ꝓ quāto dabitis caput. i. vnū aīal. sm alios accipitur ꝓ parte corporis. ꝛficientibus enim alijs cibarijs interfecerunt animalia que nō erant sōm legem comestibilia 7 salierūt ut car⁹ venderent̄ carnes fame inualescente. v Et quarta ꝑs cabi 7c̄.] Cabus est quedā mēsura ꝛminata. sterc⁹ aut̄ columbarum nō accipit hic ꝓpe q; non est comestibile nec refectiuū: ꝫ magis corruptiuū: sed ꝛpter ꝛcie ut videt̄ ꝓ gutture vbi ꝓgregant grana a colūbis comesta. 7 illud ꝓicit i fimo coiter ꝫ tunc fame inualescente coquinarij diuitū illud reseruabāt: ut grana populo fame ꝑclitāti venderēt.

t Non te saluet dñs. fuit enī turbatus eo q; credebat eam ꝓtere refectionē cibi cōuenientis uel pot⁹. y Que abscondit filiū suū. volens eum ꝓseruare a morte uel forte eū sola comedere. z Qō cum audisset rex scidit ꝛstimenta sua.

7 misit illuc: natauitq; ferrū Et ait: Tolle. Qui extendit manū: 7 tulit illud. Rex⁹ aut̄ syrie pugnabat ꝓtra israel: cōsiliūq; inīt cum seruis suis dicens. In loco illo 7 illo ponamus insidias. Misit ᶜ itaq; vir dei ad regem israel dicēs: Cave ne transeas in locū illū: qr ibi syri in insidijs sunt. Misit itaq; rex israel ad locū quē dixerat ei vir dei 7° ꝓoccupauit eum: 7 obseruauit se ibi nō ᵉ semel neq; bis. Conturbatūq; est cor regis syrie. ꝓ hac re 7 cōuocatis seruis suis ait: Quare nō indicatis mihi quis prodit⁹ mei sit apud regē israel? Dixitq; vnus seruorū ei⁹: Nequaq̄ dñe mi rex: sꝫ helise⁹ ꝓpheta qui est in israel indicat regi israel oīa verba quecunq; locutus fueris in conclaui tuo. Dixitq; ᶠ eis: Ite 7 videte vbi sit: ut mittam 7 capiā eū. Annunciauerūt ei dicentes: Ecce i dothaim. Misit ḡ illuc equos 7 currus 7 robur exercit⁹. Qui cum venissent nocte: circūdederunt ciuitatē. Consurgens aūt diluculo minister viri dei egressus est: vidit q; exercitū in circuitu ciuitatis 7 equos 7 curr⁹. Nunciauitq; ei dicens: Heu⁸ heu heu dñe mi qd̄ faciemus? At ille respōdit: Noli timere. Plures ʰ enī nobiscum sunt q̄ cum illis. Cumq; oraſſet heliseus ait: Domine ⁱ aperi oculos pueri huius ut videat. Et aperuit dñs oculos pueri: 7 vidit: quia ecce ᵏ mons plen⁹ equorū 7 curruū igneorum in circuitu heliseī. Hostes ꝓ o descenderūt ad eum. Porro ˡ heliseus orauit ad dñm dicens: Percute ᵐ obsecro gentē hanc cecitate. Percussitq; eos dñs ne viderēt iux verbū heliseī. Dixit aūt ad eos heliseus: Non ⁿ ē hec via: neq; ista est ciuitas. Sequimini me 7 ostendam vobis virū quem queritis. Duxit ergo eos i samariam. Cumq; ingressi fuissent in samariā: dixit helise⁹. Dñe⁰ aperi oculos istorū ut videāt. Aperuitq; dñs oculos eorum: 7 viderūt se esse i medio samarie. Dixitq; ᵖ rex israel ad heliseum: cū vidisset eos: Nunq̄d percutiā eos pater mi? Et ille ait: Nō pcuties. Neq; enī ce/pisti eos gladio 7 arcu tuo: ut pcutias: Sed pone panem 7 aquam cor̄ā eis ut comedant 7 bibant: 7 vadāt ad dñm suū. Appositaq; ᵍ est eis cibor magna ꝓparatio. Et comederūt 7 biberunt: 7 dimisit eos: abieruntq; ad dñm suū. Et ʳ vltra nō venerūt latrones syrie i terram israel.] Factū ˢ est autem post hec congregauit benadab rex syrie vniuersū exercitū suū: 7 ascendit 7 obsidebat samariā Factaq; est fames magna in samaria: 7ᵗ tamdiu obsessa est donec venūdaretur caput asini octoginta argenteis:] 7° q̄rta pars cabi stercoris columbarū quinq; argēteis.] Cumq; rex israel transiret ꝑ murū: mulier quedā exclamauit ad eū dicēs: Salua me dñe mi rex Qui ait Non ᵘ te saluet dñs: Vnde te possū saluare? De area: uel de torcular? Dixitq; ad eam rex: Quid tibi vis? Que respōdit: Mulier ista dixit mihi: Da filiū tuū ut comedam⁹ eū hodie 7 filiū meū comedemus cras. Coximus ergo filium meū: 7 comedimus: dixiq; ei altera die: Da filiū tuū: ut comedamus eum. Que ʳ abscōdit filiū suū. Quod ˢ cum audisset rex:

eo q̄ populus suus erat in tanta afflictione. a Vidit q̄ oīs populus ciliciū. ipsum enī acceperat rex affligendo carnē suā: ut facili⁹ impetraret dei misericordiā. b Si steterit caput helisei. hanc enī afflictionē ei imponebat: eo q̄ afflictionē illā suis precibus nō auferebat: tenens eas efficaces apud deum ad hoc impetrādū. Heliseus tamen ad hoc expectabat tēpus congruū scōm ordinatiā̄ diuine voluntatis: cuius erat cōscius p̄ spiritum sanctū. c Nunquid scitis q̄ miserit fili⁹ homicide. quia de scitu & uolūtate achab patris iozam. nabuth innocens fuerat interfectus. ut habet supra. iij. li. xxj. d Et non sinatis eum intrare. cui⁹ causa subditur: e Ecce enī sonitus pedū domini ei⁹. post recessum enī nūciij iorā penituit. & ideo sequebat eū ad reuocandū preceptū. f Et ait: ecce tātum malū. istud refert ad iozam qui iam venerat ad heliseum. g Quid amplius expectabo a dño. quasi dicēt iam sum punit⁹ vltima pena a moyse p̄dicta Deut. xxviij. de comestione proprioꝝ filioꝝ in obsidione: & sic non restat nisi q̄ oēs moriamur: uel tradam⁹ nos hostib⁹ nisi apud deū venerit temp⁹ mie super p̄lm istū: p̄ quo helisei statim prediuit consolationē.

b Cap. vij.

Exit autē heliseus. Quia sic propter culpā infligitur pena: ita p̄ penitētiā remouet: ideo post famē p̄ pctā inductam. hic p̄sequenter ponitur abundantia p̄pter penitentiā. & primo abūdantia & incredulitas puniēda predicitur. secūdo vtrūq; adducitur. ibi: Quatuor ergo viri. Circa primū vicit: i Hec dicit dom⁹. qui est ipsa veritas p essentiam. k In tempore hoc cras. i. ista hora die crastina. l Modius simile vno stratere erit. i. dabit. est autē stater gen⁹ ponderis. & significatur hic q̄ farina & hordeū vendebant vari p

scidit vestimenta sua: & transibat p murū. Vidit q̄ m omnis populus ciliciū quo vestit⁹ erat rex ad carnē intrinsec⁹. Et ait rex: Hec mihi faciat de⁹: & hec addat: si n stiterit caput helisei filij saphat sup ipsū hodie. Heliseus autē sedebat i domo sua: & senes sedebāt cū eo. Premisit itaq; virū: & anteqū veniret nunci⁹: ille dixit ad senes: Nūquid o scitis q̄ miserit filius homicide hic ut precidatur caput meū: Videte ergo: cū venerit nuncius claudite ostiū: & p non sinatis eum introire. Ecce q enī sonitus pedum dñi ei⁹ post eū est. Adhuc illo loquēte eis: apparuit nūcius qui veniebat ad eum. Et r ait: Ecce tantū malum a dño est. Quid s amplius expectabo a dño:

VII

Exit t autem heliseus. Audite verbū domini. Hec u dicit dñs: In x tēpore hoc cras modius y simile vno statere erit: & duo modij hordei statere vno i porta samarie. Respondens z vnus de ducib⁹ sup quo⁹ manū rex incumbebat homini dei ait: Si aa dominus fecerit etiā cataractas in celo: nunquid bb poterit esse qđ loq̄ris: Qui ait: Videbis cc oculis tuis & inde nō comedes. Quatuor dd ergo viri erant leprosi iuxta ee introitum porte: qui dixerūt ad inuicem. Quid hic esse volum⁹ donec moriamur: Siue ff ingredi voluerimus ciuitatem fame moriemur: siue manserim⁹ hic moriendū nobis est. Venite gg & transfugiam⁹ ad castra syrie. Si hh pepercerint nobis viuem⁹ si autem occidere voluerint nihilominus moriemur. Surrexerunt ergo vesperi ut venirēt ad castra syrie. Cūq; venissent ad

principium castroꝝ syrie: nullum ibidē reppererūt. Diquidem ii dominus sonitum audiri fecerat in castris syrie curruū & equorum & exercitus plurimi. Dixerunt q̄ ad inuicem: Ecce mercede cōduxit aduersū nos rex israel reges gethęoꝝ & egyptiorum & venerūt super nos. Surrexerunt ergo & fugerunt in tenebris: & dereliquerūt tentoria sua & equos & asinos i castris: fugerunt q̄: animas tm̄ suas saluare cupientes. Igitur cū venissent leprosi illi ad p̄ncipium castroꝝ ingressi sūt vnū tabernaculū: & jj comederunt & biberunt. Tulerunt q̄ inde argentum & aurū & vestes: & abierunt & absconderunt. Et rursum reuersi sunt ad aliud tabernaculum: & inde similiter auferentes abscōderūt. Dixerūt q̄ ad inuicem: Nō recte facimus Hec enim dies boni nuncij est. Si kk tacuerim⁹ & noluerim⁹ nūciare vsq; mane: sceler⁊ arguemur. Venite eamus & nunciemus ll in aulā regis. Cumq; venissent ad portā ciuitatis: narrauerūt eis dicētes: Ivim⁹ ad castra syrie: & nullum ibidem reperimus hoiem: nisi equos & asinos alligatos & fixa tentoria. Ierunt ergo portarij & nūciauerūt i palatio regis intrinsec⁹. Qui surrexit nocte: & ait ad seruos suos: Dico vobis q̄d fecerunt nobis syri. Sciunt q̄ fame laboram⁹ & idcirco egressi sunt de castris: & latitant in agris dicentes: Cū egressi fuerint de ciuitate: capiemus mm eos viuos: & tunc ciuitatē ingredi poterimus. Respondit aūt vn⁹ seruoꝝ eius: Tollam⁹ q̄nq; equos qui remanserunt in vrbe: quia ipsi tm̄ sūt i vniuersa

tam modico precio: quod videbat impossibile respectu penurie i qua erant. ideo subdit: m Respondens vnus de ducib⁹ sup cui⁹ manū rex incumbebat. tunc temporis reges in signū reuerētie sustentabant a principib⁹: put patz ex hoc loco. & sup. v. ca. de naaman: regine ꝑo a domicellis sustentabant. ut habet Hester. xv. n Si domin⁹ fecerit etiam cataractas in celo. apiri. i. faciat pluere de celo abūdanter farinā & hordeū. o Nunquid poterit ee quod loqueris. q̄si dicēt non: & quia p incredulitatē detrahit diuine potentie. ideo sibi predicit pena mortis. cum dicit: p Videbis oculis tuis & inde non comedes. q̄ i crastino fuit interfect⁹ in porta. ut patz in fine huius ca. q Quatuor ergo viri. Dic cōsequenter vtrūq; p heliseū p̄dictū adducit. & primo abūdātia secūdo incredulitatis pena. ibi: Porro rex duce illum. Circa primū dicit: Quatuor ergo viri erant leprosi. dicit Ra. Sa. q̄ isti erant gieçi & tres filij sui. r Juxta introitum porte. quia leprosi debebāt extra ciuitates habitare. ut habet Leuit. xiij. s Siue ingredi voluerimus ciuitatem. licz enī deberent extra habitare: tamē in casu tāte necessitatis poterant ingredi ad querendū victū si possent inuenire. t Si pepercerint nobis. cōpatiētes nostre infirmitati & fami. quod erat magis probabile q̄ oppositū. v Siquidē dñs sonitum audiri fecerat i castris syrie curruū & equorū. diuina enī virtute fact⁹ est talis sonit⁹ in auribus eorū & imaginatio. de quib⁹ secut⁹ est timor & fuga omniū relictis omnib⁹ ex velocitate fuge ut saluarēt psonas suas. Pm q̄ dicit Job. ij Cuncta que habet homo dabit p anima sua. x Et comederūt & biberūt. vrgente enī fame primo verterunt se ad refectionem & postea ad predam. y Si tacuerimus & noluerim⁹ nunciare vsq; mane sceler⁊ arguemur. apud deum sciētes afflictionem populi nostri in ciuitate inclusi: & apud regem tanq̄ proditores boni publici. z Nunciemus in aula regis. p portarū custodem: quia nō querebant illuc intrare: nec fuissent p̄missi. Cetera patent vsq; ibi: a Capiem⁹ eos viuos. & sic poterimus vti ꝑsonis ad nostrā seruitutem: & tūc ciuitatem ingredi poterimus nullo eam defendente: & sic eorū bona

habebimus cū pſonis.cetera patent vſq; ibi: a Factuſq; ē mo-
dius ſimile ſtatere vno ⁊ cē.quia plures de populo de talibus predis
plus rapuerūt in caſtris que erant valde munita q̄ ſufficeret eis.⁊
ideo dabant reſiduū ꝓ modico precio. b Porro rex ducē illū.
Hic cōſequenter ponit pena ducis.dei potentie detrahentis.ſicut p̄-
dixerat helyſeus.⁊ pz hꝛā
ex dictis. c Cap.viij
Eliſeus autem.
Narratis helyſei
miraculis.p ma-
iori parte.hic cōſequent
ſcriptura reuertit ad.p-
ſecutionē hiſtorie.⁊ quia
hiſtorie regū ⁊.ꝓhetarū
contemporaneorū ſimul
currebant.ideo ꝓmo de-
ſcribunt aliqua facta ad
helyſei inſinuationē.ſecū-
do ptinentia ad regni iu-
de.ꝓſecutionē.ibi: An-
no qnto.Prima in duas
ſm duo prenunciata ab
helyſeo.ſecunda ibi: Ve-
nit ē.Prima aūt ē de p-
egrinatiōe mulieris ſu-
namitis ad dictum helyſei-cū dicit: d Lo-
cut⁹ ē ad mulierē cui⁹ viue
re fecerat filium.erat
enim ſollicitus de puero
tanq̄ de creatura ſua.q;
eius cōceptionē ⁊ reſur-
rectionē impetrauerat.
ut patz ex dictis.iiij.ca.
⁊ de matre que ei plura
beneficia fecerat. e
Peregrinare vbicunq;
reppereris.ſcilz cōmodū
tuū.i tali enī neceſſitate
poterant filij iſrael inter
infideles habitare.abſq;
tamen participatione cū
eis in peccatis. f Vo-
cabit enī dñs famē.i.ex
eius ordinatione veniet.
Dic Ra. Sa.q̄ iſta fuit
fames de qua loquitur
Jobel ꝓphꝛta. g Et
ingreſſa eſt ut interpella-
ret regem.quia tempore
ſue abſentie aliqui inua-
ſerant bona ſua iniuſte.
h Rex aūt loquebatur
cum gieçi.ex hoc videt
q̄ iſtud accidit anteq̄ le-
pra pcuteret.quia nō eſt
veriſimile q̄ rex cum le-
proſo tamdiu loqueret.
frequent enī i ſacra ſcr-
iptura pr⁹ facta poſteri⁹
ſcribunt.nec iſta locutio
gieçi cum rege ponit hic
niſi ꝓpter ingreſſū bui⁹
mulieris ad regem. i
Deditq; ei rex eunuchū
vnū.id ē vnū de ſeruis ſi-
bi aſſiſtētib⁹. k Re-
ſtitue ei omnia.ſcz poſ-
ſeſſiones ⁊ fruct⁹ ab alijs

multitudine iſrael: alij enī con-
ſumpti ſunt: ⁊ mittētes explo-
rare poterimus. Adduxerunt
ergo duos equos: miſitq; rex
in caſtra ſyriozū dicens: Ite ⁊
videte. Qui abierūt poſt eos
vſq; ad iordanem. Ecce autē
omnis via plena erat vestibus
⁊ vaſis: que proiecerāt ſyri cū
turbarent. Reuerſiq; nūcij in-
dicauerūt regi. Et egreſſus po-
pulus diripuit caſtra ſyrie: fa-
ctuſq; [e] eſt modi⁹ ſimile ſtatere
vno: ⁊ duo modij hordei ſta-
tere vno: iuxta verbū domini:
Porro [b] rex ducem illū in cui⁹
manu incubuerat cōſtituit ad
portam: quē cōculcauit turba
in introitu porte: ⁊ mortuus
eſt: iuxta quod locutus fuerat
vir dei quādo deſcenderat rex
ad eum. Factū q̄ eſt iuxta ſer-
monē viri dei quē dixerat regi
quando ait: duo modij hordei
ſtatere vno erūt: ⁊ modius ſi-
mile ſtatere vno hoc eodē tpe
cras in porta ſamarie: quando
reſponderat dux ille viro dei ⁊
dixerat: etiamſi dñs fecerit ca-
taractas in celo nunquid pote-
rit fieri quod loqueris: ⁊ dixit
ei: videbis oculis tuis ⁊ inde
non comedes. Euenit ergo ei
ſicut predictū erat: ⁊ conculca-
uit eum pp̄lus in porta: ⁊ mor-
tuus eſt. VIII

Eliſeus [c] aūt locut⁹ [d] ē
ad mulierē: cui⁹ viue
re fecerat filiū dicēs:
Surge: vade tu ⁊ domus tua:
⁊ peregrinare [e] vbicunq; repe-
reris. Vocabit [f] enī dñs famē:
⁊ veniet ſup terrā ſeptē annis.
Que ſurrexit ⁊ fecit iuxta ver-
bum hominis dei: ⁊ vadēs cū
domo ſua: pegrinata eſt inter-
rā philiſtijm diebus multis.
Cumq; finiti eſſent anni ſeptē

reuerſa eſt mulier de terra phi-
liſtijm. Et [g] ingreſſa ē ut inter-
pellaret regem pro domo ſua:
⁊ꝓ agris ſuis. Rex [h] aūt loque-
batur cum gieçi puero viri dei
dicēs: Narra mihi omnia ma-
gnalia que fecit heliſe⁹. Cūq;
ille narraret regi quō mortuū
ſuſcitaſſet: apparuit mulier cui⁹
viuificauerat filiū: clamās ad
regem ꝓ domo ſua ⁊ pro agris
ſuis. Dixitq; gieçi: Dñe mi rex
hec eſt mulier: ⁊ hic eſt fili⁹ ei⁹
quē ſuſcitauit heliſeus. Et inte-
rrogauit rex mulierē. Que nar-
rauit ei vera ēē. Deditq; [i] ei rex
eunuchum vnū dicens: Reſti-
tue [k] ei omnia que ſua ſunt: ⁊
vniuerſos redditus agrozū a
die qua reliquit terrā vſq; ad
preſens. Venit quoq; heliſe⁹
damaſcū: ⁊ benadab [l] rex ſyrie
egrotabat. Nunciauerūtq; ei
dicētes: Venit vir dei huc. Et
ait rex ad açahel: Tolle tecū
munera ⁊ vade in occurſū viri
dei: ⁊ conſule [m] dñm p eum di-
cens: Si euadere potero de
infirmitate mea hac? Iuit igit
açahel in occurſum eius: ha-
bens [n] ſecū munera ⁊ omnia bo-
na damaſci onera quadraginta
camelorū. Cūq; ſtetiſſet co-
rā eo ait: Filius [o] tu⁹ benadab
rex ſyrie miſit me ad te dicens:
Si ſanari potero de infirmita-
te mea hac? Dixitq; ei heliſe⁹:
Vade dic⁹ ei: Sanaberis. Por-
ro oſtendit mihi dom⁹ quia
morte morietur. Stetitq; [p] cum
eo: ⁊ conturbatus eſt vſq; ad
ſuffuſionē vultus. Fleuitq; vir
dei. Cui açahel ait: Quare [q] do-
minus meus flet? At ille dixit:
Quia ſcio que factur⁹ ſis filijs
iſrl mala. Ciuitates eoꝝ muni-
tas igne ſuccēdes ⁊ iuuenes eo-
rū interficies gladio: ⁊ puulos

nadab cognouit ſe fugiſſe de obſidione ſamarie cum tāto dā-
no.ſicut dictū eſt ca.precedenti.⁊ cum hoc nullo boſte eum
inuadente.pre dolore hanc infirmitatem incurrit. n Con-
ſule dominū p eum dicens: Si euadere potero de infirmitate
mea hac.expertus enī alias fuerat q̄ haberet noticiā futuro-
rum. o Habēs
ſecū munera ⁊ oīa
bona damaſci.lo-
cutio eſt hyperboli-
ca.ad deſignādum
q̄ portabat magna
bona ⁊ pluriū ſpe-
cierum. p Fili⁹
tuus benadab.bu-
militer loquit̄ ut
impetraret ꝓphete
reſponſum. q
Dic ei ſanaberis.
In hebreo habetur
Dic ei viuēs viues
⁊ dicit Ra.Sa.q̄
dixit hoc.p açahe-
le: Viuens viues
id eſt regnabis poſt
eum.hoc dicens ut
excuſet prophetam
a mendacio.ſed hec
expoſitio videt eſſe
multum extorta.⁊
ideo dicunt alij q̄
heliſeus nō dixit h̄
açahel imperatiue
ſeu inductiue: ſed
tm̄ ꝓphetice: ⁊ iō
non eſt accipiendū
in ſenſu quē fecit:
ſed pro quo fit.ſic:
Dic ei.i. dices.quia
ꝓphēta videbat eū
ſic ſibi victurū de
futuro. Sciendū
tamē q̄ hec dictio
lo.in hebreo ſcribit̄
dupliciter. Uno mō
p lamech ⁊ vau.⁊
tunc ſigt idē qō ei.
Alio mō p lamech
⁊ aleph.⁊ tūc ſigt
idem qō nō.hebrei
enī nō habent litte-
ram o: ſed.p ea ali-
quādo vtūt aleph
aliquādo vau.in h̄
aūt loco ſcribit̄ per
lamech ⁊ aleph. ſed
punctat̄ ac ſi ſcri-
beretur p vau.pūcta
ſo nō ſunt de
ſubſtātia hrē apud
hebreos.nec fuerūt
a principio litterā-
rū,ſ inuenta p⁹ ea
ad facilius legen-
dum.⁊ ideo videt
q̄ a principio hic
fuit ſenſus bui⁹ hrē
Dic nō ſanaber⁊ uel
nō viues.⁊ ſic nul-
la eſt difficultas in
ſaluando veritatem dicti prophete: q̄uis açahel oppoſitum
magiſtro ſuo retulerit quē nō oportet de mendacio excuſare.
r Stetitq; cum eo.i.continuit ſe a fletu q̄tum potuit. s
Quare dñs meus flet.ſic eum alloquit̄ propter reuerentiam

ꝓphetie. a Et pregnãtes diuides. in quo apparet maxima crudelitas. b Quid enī sum seruus tuus canis ut faciam rem istam magnã. q. d. non sum ita potens q̄ possem tãta facere: ⁊ si possem-non sum tam crudelis uel canínus q̄ ille. c Lulit stragulũ. i. pannũ qui extendit sup lectũ. d Et infudit aquam. dicunt aliqui q̄ hoc fecit ad refrigerandum regem: q̄ nimio caloze affligebatur. alij dicunt ⁊ ꝓbabilius ut videt q̄ ꝫ fecit ad suffocãdum eũ occulte. vnde dicit Josephꝰ q̄ strangulauit eũ desiderio regnandi post eum: sicut dixerat ꝫphẽta. e Anno quinto. hic cõsequenter describit ꝓsecutio regni iude. tempore iozã filij iosaphat: ⁊ tunc hoc nomen iozam fuit equiuocum ad regẽ israel: ⁊ ad regẽ iuda. primo ergo describit regnũ iozam regis iude, secũdo filij eiꝰ ochozie. ibi: Anno xij. Circa pmũ dicit: Anno quinto iozã filij achab regis israel. in aliquibus libris additur Josaphat regis iude. ⁊ merito: quia sic est in hebreo. ⁊ ẽ sensus q̄ q̄nq̄ anni primi regni iozam filij achab ⁊ q̄nq̄ vltimi regni iosaphat simul concurrerunt. Sed cõtra hoc videt q̄ dictũ est sup. ca. iij. q̄ ioram filiꝰ achab cepit regnare anno xviij. regi iosaphat Josaphat autẽ regnauit. xxv. annis. ut habet sup. iij. li. ca. vltj. ⁊ sic iozam filius achab regnauit cum eo nõ solũ q̄nq̄ annis sed septẽ. Dicendũ q̄ ochozias frater iozam ex casu de cenaculo suo incurrit languorẽ. ut habet sup. j. ca. ⁊ extũc ioram frater eius gubernauit regnũ. ⁊ ꝑm hoc aliquãdo cõputatur tempus regni sui extunc. ⁊ fuit. xviij. anno iosaphat regis iude in fine illius anni. ⁊ sic regnauit cum eo septẽ annis. aliquãdo ꝯo accipit temꝑ regni sui a tempore mortis fratris sui. ⁊ sic regnauit cum iosaphat quinq̄ annis. Et eodẽ modo regnũ ochozie aliquãdo cõputat usq̄ ad mortẽ eiꝰ. aliquãdo solum usq̄ ad casum predictũ: vnde fuit impotens ad regendum. ⁊ ꝑm hec ⁊ similia frequenter variant numeri annorũ in scriptura. f Regnauit ioram filius iosaphat. Loquit hic scriptura de regno eius post mortẽ patris: tamẽ ante ceperat regnare viuente patre. sicut dictũ fuit ꝫ. iij. li. ca. vltj. g Ambulauitq̄ in vijs regũ israel. i. in malis eorũ. cuius causa subdit. h Filia enī achab erat uxor eius. infra eodẽ ca. dicit q̄ athalia uxor buꝰ iozã fuit filia amri patris achab sed mortuo patre achab eam nutriuit. ⁊ sic dicit eius filia. uel potest dici q̄ fuit filia achab. ⁊ tamẽ dicit filia amri. quia filij

eorũ elides: ⁊ᵃ pregnantes diuides. Dixitq̄ açabel. Quidᵇ enī sum seruus tuus canis: ut faciam rem istam magnã? Et ait heliseus. Ostendit mihi dominus te regem syrie fore. Qui cum recessisset ab heliseo: venit ad dñm suũ. Qui ait ei: Quid tibi dixit heliseꝰ? At ille respõdit: Dixit mihi recipies sanitatem: Cumq̄ venisset dies altera: tulitᶜ stragulũ: ⁊ᵈ infudit aquã: ⁊ expandit sup faciẽ eiꝰ. Quo mortuo regnauit açabel pro eo. Anno[e] quinto iozã filij achab regis israel regnauit[f] iozam filius iosaphat regis iuda. Triginta duorũ annorum erat cũ regnare cepisset: ⁊ octo annis regnauit in hierusalem. Ambulauitq̄[g] in vijs regum israel: sicut ambulauerat domꝰ achab. Filia[h] enim achab erat uxor eius. Et fecit q̄ malũ est in conspectu dñi. Noluit[i] autẽ dñs disperdere iudam propter dauid serũ suũ: sicut promiserat ei ut daret illi lucernam ⁊ filijs eius cunctis diebꝰ. Inᵏ diebus eius recessit edom ne esset sub iuda: ⁊ˡ cõstituit sibi regẽ. Veniteq̄ iozam seira ⁊ omnis exercitus cum eo. Etᵐ surrexit nocte: percussitq̄ idumeos qui eum circũdederant: ⁊ pncipes curruũ. Populus aũt fugit in tabernacula sua. Recessit ergo edom ne esset sub iuda usq̄ ad diem hanc. Tuncⁿ recessit ⁊ lobna in tẽpore illo. Reliqua aũt sermonũ iozã ⁊ vniuersa q̄ fecit nõne hec scripta sunt in libro ẏbozũ dierũ regũ iuda? Et dormiuit iozam cum patribꝰ suis: sepultusq̄ᵒ est cũ eis in ciuitate dauid: ⁊ regnauit ochozias filius eius pro eo. Anno[p] duodecimo iozã filij achab regis israel regnauit ochozias filius iozã regis iude. Triginta duorũ annorum erat ochozias cũ regnare cepisset: ⁊ uno anno regnauit in hierusalẽ. Nomẽ matris eiꝰ athalia filia amri regis israel: ⁊ᵠ ambulauit in vijs domus achab: ⁊ fecit q̄ malũ est coram domino sicut domꝰ achab. Genetrʳ enī domꝰ achab fuit. Abijtˢ quoq̄ cum iozã filio achab ad preliandũ contra açabel regẽ syrie in ramoth galaad: ⁊ vulnerauerũt syri ioram. Quiᵗ reuersus ẽ ut curaret in iezrabel quia vulnerauerũt eum syri in ramoth preliantẽ contra açabel regẽ syrie. Porro ochozias filius ioram rex iuda descendit inuisere iozã filiũ achab i iezrabel: q̄ egrotabat ibi.

IX

Eliseusᵛ aũt ꝫphetes vocauit vnũ de filijs ꝫphetarum: ⁊ ait illi: Accingeˣ

filiorũ dicunt filij parentũ que fuerat nutrita in idolatria: ad quã per ipsã fuit tractus maritꝰ suus. nec mirũ. quia ⁊ salomon sapientissimus per uxores suas ad hoc fuit tractus. ut habet ꝫ. iij. li. ca. xj. i Noluit autẽ dominus disperdere iudã. ꝓpter reges ⁊ populi eum sequentis malitiã: diminuit tamẽ eius potestatem. vnde subdit: k In diebus eius recessit edom. i. idumea. l Et cõstituit sibi regẽ. a tempore enī dauid usq̄ tunc non fuerat ibi rex ꝓprie dictus: sed prefectus ꝑ regem iuda positus. m Et surrexit nocte percussitq̄ idumeos qui eũ circũdederant. glosa. Ra. Sa. qui habitabãt prope regnũ suũ: non tamẽ tãtũ preualuit q̄ eos posset redigere ił tributo sicut prius. n Tũc recessit ⁊ lobna. quedã ciuitas ẽ de regno iude forte ⁊ potens que regi rebellauit: quia erat ꝫpe terminos edom. ut habet Josue. xv ⁊ cõiunxit se idumeis in hac rebellione. o Sepultusq̄ est cũ eis in ciuitate dauid. nõ tamen fuit sepultꝰ in sepulchris regalibꝰ. ut ꝑz. i. Paral. xxj. p Anno duodecimo. hic cõsequenter describit ꝓsecutio regni iude sub ochozia filio iozã cuius malicia subdit. eũ dicit: q Et ambulauit in vijs domus achab. qui fuit idolatra pessimꝰ ut patz ex dictis. ꝫ. iij. li. ⁊ cã malicie ipsius ochozie subdit. cum dicit: r Genetrix enī domus achab fuit. i. genitus: quia mater sua fuit filia achab ut soror ꝑm alios. ut dictũ est. s Abijt quoq̄ cum ioram filio achab. ꝓpter istam affinitatem: ⁊ ut ibi interficeret ꝓpter suam maliciam ꝑm domini sententiã. ut habet ca. sequẽti. t Qui reuersus est ut curaret in iezrabel. ſ. iozã filius achab: dimisit tamẽ ibi exercitum: ut ex domini voluntate ibi fieret cõspiratio contra eũ ipso absente: ⁊ contra domũ achab sicut predixerat helias. v Eliseus autẽ prophetes. Superius descripta Capꝫ. ix. est regni ioram prosecutio. hic consequenter describit totiꝰ domus achab exterminatio. ⁊ primo ꝑtum ad principales personas. secũdo ꝑtum ad secundarias. ca. x. Prima in tres. quia primo describitur ipsius iozã filij achab occisio. secũdo ochozie regis iude persecutio. ibi: Ochozias autẽ. tertio regine iezrabel mors ⁊ laceratio. ibi: Veniteq̄. Prima adhuc in tres. quia primo describitur ipsius iehu inunctio. secundo inuncti confirmatio. ibi: Jehu autem. tertio domini sui interfectio. ibi: Et ascendit. Circa primũ dicit: Heliseus autẽ prophetes vocauit vnũ de filijs prophetarum, id est de discipulis suis: ut impleret per ipsum illud quod fuerat dictum belie de unctione iehu in regem super israel: ad destruendum domũ achab. ut habet sup. iij. libro. ca. xix. propter q̄ dicit hic Ra. Sa. q̄ iste fuit ionas filius amathi quem suscitauit helias: ⁊ oblatus fuit belie a matre ut esset eius discipulus. sicut dictũ fuit. ꝫ. iij. li. ca. xix. x Accinge lumbos tuos. i. dispone te ad eundũ velociter

ꝛ expedite. a Et tolle lenticulam olei. Est autē lenticula paruū vas ad reponendū oleū ꝓ inunctiōe regum ꝛ pontificū. ꝛ dicit a liniendo. b Suscitabis eum de medio fratrū suorū. i. aliorum qui cum eo regūt exercitū. c Et introduces in interi⁹ cubiculū. volebat enī belise⁹ hoc fieri secrete: ne forte aliq̄ zelantes ꝓrege ioram insurgerent in ꝓphetā. d Aperiesq̄ ostiū ꝛ fugies. et eadē causa. e Ecce autē principes exercitus sedebant. tractantes ad inuicē de his que ptinent ad exercitus regimen. Cetera patent vsq̄ ibi: f Et interficiā de domo achab mingentē ad parietem. i. infirmū qui nō ꝓtest mingere-nisi se appodiādo ad parietē. g Et clausū ꝛ inclusum in carcere. h Et nouissimū. i. abiectū. q. d. q̄uis talibus ꝓsonis cēt parcendū: eo q̄ afflictio nō est de danda afflictio. tū eo q̄ sunt de domo achab interficientur. i Et dabo domū achab sicut domum hieroboam filij nabath ꝛ sicut domū baasa. que fuerūt delete. ut habet. ꝛ. iij. libro. ca. xv. ꝛ xvj. k Jehu aūt. hic ꝓsequenter ponitur ipsi⁹ iehu inuncti cōfirmatio. l hoc q̄ alij principes exercitus cōsenserūt in ei⁹ vnctione. ꝛ hoc est q̄d dr̄ hic: Jehu aūt ingressus est. i. de cubiculo vbi fuerat inunct⁹. ꝛ m Ad seruos dñi sui. id ē ad alios principes exercitus. n Quid venit insanus iste ad te? reputabāt aūt ꝓphete insani. eo q̄ cōtemnebant bona hui⁹ mundi ꝛ q̄ loquebanē frequenē talia: que videbanē alijs aliena. o Nostis hominē ꝛ quid locutus sit? erant enī discipuli prophetarū religiosi. ut dictum est supra. ij. ca. ꝛ ideo distinguebanē ab alijs in habitu per quē cognoscebantur esse de discipulis ꝓphetarum. ꝛ ꝓpter hoc dixit: Nostis hominē. i. q̄ sit de ꝓphetis. ꝛ l consequens quid sit locutus. i. verum ꝛ bonū. ꝛ hoc ex parte domini. p Falsum est. videlicz q̄. ꝓpter hoc sciamus quid dixerit in ꝑticulari: sed magis narra nobis in particulari explicando. q Hec ꝛ hm locut⁹ est mihi. videlicz q̄ de ꝑcepto domini domus achab esset disperdenda. sicut prędixerat helias prophet. ꝛ ad hoc exequendū vnxit lumbos tuos: ꝛ tolle lenticulā olei hanc in manu tua ꝛ vade in ramoth galaad. Cumq̄ veneris illuc videbis iehu filiū ioſaphat filij namsi. Et ingressus suscitabis eū de medio fratrū suorū ꝛ introduces in interius cubiculum: tenensq̄ lenticulā olei fundes super caput eius: ꝛ dices: Hec dicit dñs: Unxi te regem sup israel. Aperiesq̄ ostium ꝛ fugies ꝛ non ibi subsistes. Abijt ergo adolescens puer ꝓphete in ramoth galaad ꝛ ingressus est illuc. Ecce aūt principes exercitus sedebant. Et ait: Verbum mihi ad te o ꝓnceps. Dixitq̄ iehu: Ad quē ex omnibus nobis? At ille dixit: Ad te o ꝓnceps. Et surrexit ꝛ ingressus est cubiculum. At ille fudit oleum sup caput eius. Et ait: Hec dicit dñs de⁹ israel: Unxi te regem sup populū dñi israel: ꝛ percuties domū achab domini tui. Et vlciscar sanguinē seruorū meorum ꝓphetarū: ꝛ sanguinē omniū seruorū domini de manu iezabel: perdāq̄ oēm domū achab. Et interficiā de domo achab mingentem ad parietē: ꝛ clausum ꝛ nouissimū in israel. Et dabo domū achab sicut domū hieroboam filij nabath: ꝛ sicut domū baasa filij achia. Jezabel quoq̄ comedēt canes in agro iezrahel: nec erit q̄ sepeliat eā. Aperuitq̄ ostiū ꝛ fugit. Jehu aūt ingressus est ad seruos domini sui. Qui dixerūt ei: Recte ne sunt omnia? Quid venit insanus iste ad te? Qui ait eis: Nostis hominē: ꝛ quid locutus sit? At illi responderunt: Falsum est: sed magis narra nobis. Qui ait eis: Hec ꝛ hec locutus est mihi. Et ait: Hec dicit dñs: Unxi te regē sup israel. Festinauerunt itaq̄: ꝛ vnusquisq̄ tollens palliū suū: posuerūt sub pedibus eius in similitudinē tribunalis: ꝛ cecinerunt tuba atq̄ dixerūt: Regnabit iehu: Coniurauit ergo iehu filius ioſaphat filij namsi cōtra ioram. Porro ioram obsederat ramoth galaad ipse ꝛ omnis israel contra acabel regem syrie: ꝛ reuersus fuerat ut curaret in iezrahel ꝓpter vulnera quia percusserant eum syri preliantē contra acabel regem syrie. Dixitq̄ iehu: Si placet vobis: nemo egrediat. ꝓfug⁹ de ciuitate: ne vadat ꝛ nunciet in iezrahel. Et ascendit ꝛ profectus est in iezrahel. Joram enī egrotabat ibi: ꝛ ochoçias rex iuda descenderat ad visitandū ioram. Igitur speculator q̄ stabat sup turrim iezrahel: vidit globum iehu venientis. Et ait: Video ego globum. Dixitq̄ ioram: Tolle currum ꝛ mitte in occursum eorum: ꝛ dicat pacem: Recte ne sunt omnia? Abijt ergo qui ascenderat currum in occursum eius. Et ait: Hec dicit rex: Pacata sunt omnia? Dixitq̄ iehu: Quid tibi ꝛ paci? Transi ꝛ sequere me. Nunciauit quoq̄ speculator dicens: Venit nūcius ad eos ꝛ non reuertit. Misit etiā currū equorū secundū: venitq̄ ad eos ꝛ ait: Hec dicit rex: Numquid pax ē? Et ait iehu. Quid tibi ꝛ paci? Transi ꝛ sequere me. Nunciauit aūt speculator dicens: Venit vsq̄ ad eos: ꝛ non reuertitur. Est autē incessus q̄si icessus iehu filij namsi. Preceps enī gradit. Et ait ioram: Jungite currum. Junxerunt q̄ currum eius. Et egressus est ioram rex israel ꝛ ochoçias rex iuda: singuli in currib⁹ suis. Egressiq̄ sunt in occursū iehu ꝛ inuenerūt eū in agro naboth iezrahelite. Cūq̄ vidisset ioram iehu dixit: Pax ē iehu? At ille rndit: Que pax? Adhuc fornicationes iezabel matris tue: ꝛ veneficia ei⁹ multa vigent. Cōuertit aūt ioram manū suam: ꝛ fugiens ait ad ochoçiam: Insidie ochoçia. me in regem. q Festinauerūt itaq̄ ꝛ c. ut implerent voluntatem dei ꝛ quererēt gratiā regis noui. r Coniurauit ergo iehu. id est simul iurauit cum principibus existentib⁹ cū eo q̄ fideliter exequerēt mandatū dei de domo achab disperdenda. cetera patēt ex dictis ca. precedenti. vsq̄ ibi: s Nemo egrediat. pfug⁹ qui preueniat nos nunciando ioram aduentū nostrū ad se muniendū. t Et ascēdit. hic cōsequenter describit ipsius ioram occisionē. u dicit: Et ascendit ꝛ pfectus est in iezrahel. ut infirmaret ioram antēq̄ se muniret. v Jgit speculator q̄ stabat super turrim. Erat enī guerra inē ioram ꝛ regē syrie. ꝛ ideo speculator erat sup turrim ad ꝓcauendū ne hostes irruerent repente. x Vidit globū. id est multitudinē armatorū ꝛ ordinatorū ad inuadendū. y Pacata sunt oia? utpote si aduersarij sunt debellati: uel treuge eis date? z Quid tibi ꝛ paci? q. d. tu non es rex nec ꝓnceps exercitus. a Transi. vsq̄ ad finē cunei mei: ꝛ tūc sequere me. b Venit nūcius ad eos ꝛ non reuertit. s. ad aliq̄d renūciandū. licz reuerteret in cauda globi ipsi⁹ iehu. cetera patēt vsq̄ ibi: c Preceps enim gradit. q. d. festinabat ne ioram ad resistēdū muniret. d Et egressus ē ioram. q. d. iam fere qualuerat ꝛ statū exercit⁹ sui scire desiderabat. Fuit voluntas dñi ut sic interficeret iuxta agrū naboth ꝛ ibi ꝓpiceret ut ibidē sanguis ei⁹ a canibus lingeret: sicut ꝓdictū fuerat ꝓ helia. s. iij. li. ca. xxj. q. d. sanguis eius erat quodāmō sanguis pfis sui achab ut ibidē fuit expositū. e Que pax? adhuc fornicatiōes ꝛ c. i. idolatrie q̄s induxit mater tua. f Et veneficia ei⁹ multa vigent. quia

intoxicāt spiritua-
liter. ⁊ ideo nonpo-
test cē tona pax in
populo ysrael q̄diu
ista vigent. cetera
patēt ex dictis. a
Ochozias ār. Hic
p̄sequēter describit
mors ochozie regis
iude. cum dicitur:
Ochozias aūt rex
iuda videns hoc fu-
git. dum enī erant
intenti ad mortem
iozā ⁊ proiectionē
eius in agrū nabo-
th. ochozias fugit
in ieçrahel. ⁊ timēs
q̄ nō posset ibi sal-
uari: fugit p viā
occultam. ſ. b
Per viam domus
horti. ut hic dicit:
⁊ fugit in samariā
q̄ erat ciuitas for-
tis ⁊ munita. cre-
dens se posse ibi sal-
uari: sed postea in-
uentus ē ibi latēs
⁊ adduct⁹ ad iehu:
⁊ percussus gladio
ut habet. ij. Parał.
ca. xxij. c In
ascēsu gaber. in lo-
co illo fuit adduct⁹
ipsi iehu. ⁊ percussus
⁊ sic vulnerat⁹ fu-
git in mageddo. ⁊
ibi fuit mortu⁹. ut
hic dicit: d Anno
vndecimo iozā
filij achab ⁊c] di-
cēdū q̄ iozā pater
hui⁹ ochozie circa
finē vite fuit p̄cus-
cussus alui dolore
insanabili. ut habet
ij. Parał. xxj. ⁊ sic
viuente p̄re regnauit
p annū. ⁊ ideo
q̄s dicit ꝺ q̄ cepit
regnare anno. xj. re-
gis iozā: intelligit
de regno eius viuē-
te patre. Qz aūt dr
supꝺ. q̄ cepit regna-
re anno. xij. intelli-
gendū est de regno
eius post mortē pa-
tris. e Venitq̄
iehu i ieçrahel. Hic
describit occisio ie-
çabel regine. cū dr:
f Porro ieçabel
introitu ei⁹ audito
depinxit oculos su-
os. i. faciem suam
pbucauit. g Et
ornauit caput suū.
ut esset gratiosior
in p̄spectu iehu. b

Porro iehu tetendit arcū ma-
nu ⁊ p̄cussit iozā inter scapulas
⁊ egressa est sagitta p cor eius:
statimq̄ corruit in curru suo.
Dixitq̄ iehu ad badacher du-
cem: Tolle proiice eū in agro
naboth ierçabelite. Memini
enim quādo ego ⁊ tu sedentes
in curru sequebamur achab pa-
trem huius: q̄ dñs onus hoc le-
uauerit sup eum dicēs: Si nō
p̄ sanguine naboth ⁊ p̄ sangui-
ne filiorum eius quē vidi heri
ait dñs: reddā tibi in agro isto
dicit dominus. Nūc ergo tolle
⁊ proiice eum in agro: iuxta ver-
bum dñi. Ochozias a autē rex
iuda videns hoc: fugit p viā b
domus horti: p̄secutusq̄ est eū
iehu. ⁊ ait: Etiā hūc p̄cutite in
curru suo. Et p̄cusserunt eum
in c ascensu gaber: qui est iuxta
ieblaam. Qui fugit in maged-
do: ⁊ mortuus est ibi. Et impo-
suerunt eū serui eius sup currū
suū ⁊ tulerunt in hierusalē: se-
pelieruntq̄ in sepulchro cū pa-
tribꝰ suis i ciuitate dauid. Anno
ᵒ vndecimo iozā filij achab
regis ysrł regnauit ochozias]
super iudam: venitq̄ d iehu in
ieçrahel. Porro e ieçabel introi-
tu ei⁹ audito: depinxit oculos
suos stibio: ⁊ f ornauit caput
suū: ⁊ respexit per fenestrā: in-
gredienteq̄ iehu p portā: ⁊ ait:
Nunq̄d p pax potest esse çamri
qui interfecit dñm suū: Le-
uauitq̄ iehu faciem suā ad fene-
stram. ⁊ ait: Que i ē ista: Et k
inclinauerunt se ad eū duo uel
tres eunuchi: ⁊ dixerunt: Hec
est illa ieçabel. Et ille dixit eis:
Precipitate eam deorsum. Et
precipitauerunt eā. Aspersusq̄
est sanguine paries: ⁊ equorū
vngule cōculcauerūt eā. Cūq̄
introgressus eēt ut comederet
bibereteq̄ ait: Ite ⁊ videte ma-
ledictam illā ⁊ sepelite eam: q̄
filia regis est. Cumq̄ issent ut
sepelirent eam: non inuenerūt
nisi caluariam ⁊ pedes ⁊ sūmas
manus. Reuersiq̄ nūciauerūt
ei. Et ait iehu: Sermo m dñi ē
quem locutus est per seruū suū
beliam] thesbiten dicens: In
agro ieçrahel comedent canes
carnes ieçabel. Et erūt carnes
ieçabel sicut stercus sup faciem
tre in agro ieçrahel: ita ut p̄ce-
reuntes dicant: Hecine n est
illa ieçabel: x

Rant o autē achab se-
ptuaginta filij i samaria. Scripsit ergo iehu
litteras: ⁊ misit in samariā ad
optimates ciuitat⁹: ⁊ ad maio-
res natu: ⁊ p ad nutricios achab
dicens: Statim ut acceperitis
litteras has qui⁹ habetis filios
domini vestri ⁊ curꝰ ⁊ equos]
⁊ ciuitates firmas ⁊ arma: eli-
gite meliorem ⁊ eum qui vobis
placuerit de filijs dñi vestri: ⁊
eum ponite sup soliū patris sui
⁊ pugnate p domo dñi vestri.
Timuerunt illi vehementer ⁊
dixerunt: Ecce duo reges non
potuerunt stare cōtra eos: ⁊ quō
nos valebimus resistere: Mi-
serunt ergo p̄positi domus ⁊
p̄fecti ciuitatis ⁊ maiores na-
tu ⁊ nutricij ad iehu dicentes:
Serui tui sumus: quecūq̄ iusse-
ris faciemus: nec cōstituem⁹
nobis regē. Quecūq̄ tibi pla-
cent fac. Rescripsit autē eis lit-
teras secundo dicens: Si mei
estis ⁊ obedit⁹ mihi: tollite ca-
pita filiorū dñi vestri: ⁊ venite
ad me hac eadē hora cras i ie-
çrabel. Porro filij regis septua-
ginta viri apud optimates ci-
uitatis nutriebāt. Cūq̄ venis-
sent lr̄e ad eos: tulerunt filios
regis ⁊ occiderūt septuaginta
viros: ⁊ posuerunt capita eorū
in cophinis: ⁊ miserūt ad eum
in ieçrahel. Venit aūt nūcius:
⁊ indicauit ei dicēs. Attulerūt
capita filiorū regis. Qui respō-
dit: Ponite ea ad duos acer-
uos iuxta introitū porte vsq̄
mane. Cumq̄ diluxisset: egres-
sus est ⁊ stans dixit ad omnē
populum: Justi estis. Si ego
coniurauī contra dñm meū ⁊
interfeci eum: quis r p̄cussit cōs
hos: Videte ergo nūc quoniā
non cecidit de sermonibus dñi
in terrā quos locutus est dñs

buit pacem. nec tu habe-
bis. sed hec expositio non
cōcordat littere p̄cedēti.
q̄ ornauerat se ut iueni-
ret gratiā apud eū. ⁊ iō
nō est verisimile q̄ dicēt
sibi ꝓbū pungituū. ⁊ iō
hebrei sic exponūt: Nun-
quid pax est: ⁊ ibi fit pū-
ctus. ⁊ ē sensus. rogo ut
habeas pacē mecū. Et se-
quit: Zamri interfecit do-
minū suū. q. d. istud nō
ē nouū q̄ interfecisti io-
ram dñm tuū. q̄ amri
filiē fecit. ⁊ tūc regnit in
pace ⁊ p⁹ eū filiꝰ ei⁹ achab
q. d. sic poterit cē tibi. i
Que est ista. In hebreo
habet: Quis mecū. id ē
ex parte mea. k Et in-
clinauerūt se ad eū duo
eunuchi. facto ostēdētes
q̄ vellēt obedire ei. l
Precipitate eam. q. fue-
rat causa ⁊ origo omniū
malorꝫ p̄ē q̄ dom⁹ achab
erat exterminānda. m
Sermo dñi ē quē locut⁹
est ⁊c] ut hr̄. ꝑ. iij. li. ca.
xxj. n Hecine est illa
ieçabel. admirantes eius
electionē ⁊ punitionē.

o Lap. r.

Rant aūt achab
Descripta occisi-
one principaliū psonarū.
hic p̄sequēter describit oc-
cisio secūdariarū. ⁊ p̄mo
filiorꝫ iozam. secūdo fra-
trū ochozie. ibi: Cūq̄ ve-
nisset. tertio sacerdotum
baal. ibi: Cōgregauit q̄
q̄rto subdit remuneratio
operū. ibi: Dixit āt. Cir-
ca p̄mū dr: Erant aūt
achab. lxx. filij. i. nepotes
ut dicūt alij. q. erāt filij
iozam filij achab. ⁊ h mō
laban vocauit nepotes fi-
lios suos. ſ. filios ⁊ filias
iacob. Beñ. xxxj. Alij ꝓ
dicūt q̄ erāt filij achab
⁊ fratres iozā ipso iunio-
res. p Et ad nutricios
achab. i. filiorum achab.
q Qui habetis filios
⁊c.] Dicūt alij ⁊ p̄babi-
liter q̄ ironice loquebat
q. sicut p̄z ex supdictis:
iozam iuerat in ramoth
galaad cum exercitu: ⁊
ochozias rex iuda cū eo:
⁊ ideo nō ē verisile quin
equi ⁊ currus ⁊ cetera
que p̄tinent ad bellum
illuc ducta fuissent. sal-
tem q̄tum ad maiorem
partē ⁊ meliorem. ⁊ oia
ista haberet iehu: ⁊ per
talem modum loquendi

r Numquid pax potest esse çamri qui interfecit dñm suū. quod exponūt doctores nostri cōmuniter negative. i. sicut ille nō ha-
insinuabat q̄ non possent sibi resistere. Cetera patent vsq̄ ibi: r
Quis p̄cussit cōs hos? videte ergo nūc ⁊c. q. d. nec ego p̄cipiendo

nec vos exequendo sum culpabiles: si magis iusti & laudabiles. quia de voluntate & mandato dñi factum est. sicut fuit per veliam predictū. & mibi iniunctū per eius discipulum. ut dictū est ca. precedenti. a Percussit igitur iehu omnes qui reliqui erant in domo achab] id est de eius genere. b Et notos. qui suspecti erant ne fauerent sibi & sue progenie. c Et sacerdotes. hoc dicit hic p anticipationem. quia postea sacerdotes baal interfecit. ut habet infra eodem ca. d Cūq; venisset. Hic consequenter describitur occisio amicorum iozam. s. fratrū ochozie: cui mater erat sozor ioram filij achab. & hoc est qđ dicit: Cūq; venisset ad cameram pastorum. locus erat vbi conuenie bant pastores ad comedendum & dormiendum ppe viam. e Inuenit fratres ochozie. i. ppinquos: quia erāt nepotes sui. ut hr. ij. Parał. ca. xxij. qui veniebant in samariam nescientes mortem iozam & ochozie: qz regnū iuda vnde venie bant erat in pte australi respectu samarie & iezrael vbi iozam fuerat occisus: erat in parte aquilonari & factum erat recēs ita q nō erat adhuc longe diuulgatum. Cetera patent vsq; ibi: f Inuenit ionadab filium rechab. iste enī cum suis vinebat valde religiose. nō bibentes agros uel vineas: nec habitantes vinū. in tabernaculis. p domibus habitātes. ut habet hieremie. xxxv. & ideo quia erat celator diuini honoris. fuit coniunctus per amicitiam cum iehu: qui idolatras & idolatriā. p viribus destruxerat. g Congregauit ergo iehu. Hic consequenter describitur occisio sacerdotum baal. & quia occiso iozā multi de eis fugerāt & se absconderant: eos congregauit iehu sub simulatione q vellet baal magnifice colere. & eius sacerdotes honorare. & pz hrā vsq; ibi: h Proferte vestimenta vniuersis seruis baal. ut p hoc certius cognosceret qui super domū achab: & dñs fecit quod locutus est in manu serui sui helie. Percussit igitur iehu omnes qui reliqui erant de domo achab] in iezrahel: & vniuersos optimates eius: & notos & sacerdotes: donec nō remanerent ex eo reliquie. Et surrexit: & venit in samariā. Cūq; venisset ad camerā pastorū in via: inuenit fratres ochozie regis iuda: dixitq; ad eos: Qui nam estis vos? Quirespondederunt: Fratres ochozie regis sumus: & descendimus ad salutandos filios regis: & filios regine. Qui ait: Comprehendite eos viuos. Quos cum comprehendissent viuos: iugulauerunt eos in cisterna iuxta cameram quadraginta duos viros & nō reliqit ex eis quēq;. Cūq; abisset inde: inuenit ionadab filiū rechab in occursum sibi: & benedixit ei. Et ait iehu ad eū Nunqđ est cor tuū rectū cum corde meo: sicut cor meū cum corde tuo? Et ait ionadab: Est Si est inquit: da mihi manū tuā. Qui dedit ei manū suam. Et ille leuauit eum ad se in currum: Dixitq; ad eū: Veni mecum: & vide zelum meū p dño. Et imposuit eum in curru suo duxit in samariam. Et percussit cēs qui reliqui fuerant de achab in samaria vsq; ad vnum: iuxta verbū dñi qđ locutus est p heliam. Congregauit ergo iehu omnē populū: & dixit ad eos: Achab coluit baal parū: ego aūt colam eū amplius. Nūc igit omnes prophetas baal & vniuersos seruos eius & cūctos sacerdotes ipsius vocate ad me. Nullus sit qui nō veniat. Sacrificium enī grande est mihi baal. Quicūq; defuerit nō viuet. Porro iehu faciebat hoc insidiose: ut disperderet cultores baal. Et dixit: Sanctificate diem solēnem baal. Vocauitq; & misit in vniuersos terminos israel: & venerūt cuncti serui baal. Non fuit residuus ne vnus quidem qui nō veniret. Et ingressi sunt templū baal. Et repleta est domus baal: a sūmo vsq; ad summū. Dixitq; his q̄ erant sup vestes: Proferte vestimenta vniuersis seruis baal. Et protulerūt eis vestes. Ingressusq; iehu & ionadab filius rechab templū baal ait cultoribus baal: Perquirite & videte: ne quis forte vobiscū sit de seruis dñi: sed ut sint serui baal soli. Ingressi sūt igit ut facerēt victimas & holocausta: iehu autem preparauerat sibi foris octoginta viros & dixerat eis: Quicūq; fugerit de hominibus his quos ego adduxero in manus vestras: anima eius erit pro anima illius. Factum est autē cum completum esset holocaustū: precepit iehu militibus & ducibus suis: Ingredimini & percutite eos. Null euadat. Percusserūtq; eos in ore gladij: & proiecerunt milites & duces. Et ierūt in ciuitatem templi baal & protulerunt statuam de phano baal: & combusserūt & cōminuerunt eam. Destruxerūt quoq; edem baal: & fecerūt pro ea latrinas vsq; in diē hanc. Deleuit itaq; iehu baal de israel: verūtamē a peccatis hieroboam filij nabath q̄ peccare fecit israel nō recessit: nec dereliquit vitulos aureos qui erāt in bethel & in dan. Dixit autē dominus ad iehu. Quia studiose egisti qđ rectum erat & placebat in oculis meis: & omnia que erant in corde meo fecisti contra domū achab: filij tui vsq; ad quartā generationem sedebunt super thronū israel.] Porro iehu nō custodiuit ut ambularet in lege domini dei israel in toto corde suo. Non enī recessit a peccatis hieroboam: qui peccare fecerat israel. In diebus illis cepit dñs tedere sup israł. Percussitq; eos açahel in vniuersis finibus israel: a iordane cōtra orientalem plagam: omnē terram galaad & gad: & ruben: & manasse: ab aroer que ē sup torrentē arnon & galaad & basan. Reliqua aūt verborū iehu & vniuersa que fecit & fortitudo eius: nōne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum israel? Et dormiuit iehu cum patribus suis: sepelierūtq; eū in samaria: & regnauit ioachā

esset interficiēdi. Cetera patēt vsq; ibi: i Et fecerūt pro ea latrinas. in detestationem idolatrie. & ut locus ille deseruiret cōmunitati i hac necessitate. k Verūtamen a peccatis hieroboam &c. qz cultum vitulorum sustinuit & exercuit: ne regnum suū ad domū dauid reuerteretur. Sm q̄ habet supra. iij. libro ca. xij. l Dixit aūt dominus. Hic consequenter ponit remuneratio operū. & primo q̄tum ad tona. cum dicitur: Dixit autē dñs ad iehu. per ionam prophetam. Sm q̄ dicit Ra. Sa. q̄ ipsū vnxerat regē ad exterminandā domū achab. sicut dictum fuit in pncipio. ix. ca. m Filij tui vsq; ad quartā generationem sedebunt sup thronū israel. sicut de domo achab fuerūt quatuor reges in regno israel sibi succedentes. s. amri: achab: ochozias: & ioram. ut pz ex supdictis. secūdo ponit remuneratio q̄tum ad mala cum dicitur: n In diebus illis cepit dñs tedere super israel. i. abominari facta eorum. quia iam diu durauerat cultus vitulorum: & cum hoc multa alia mala pullulabāt. & iō illud regnū pmissū est affligi multipliciter p açahel regē syrie. Et patz hrā.

Thalia ꝙo. Postꝙ ꝛscripta sunt ea que acciderunt sub regibus iude preteritis. hic cõsequenter ꝛscribunt ea que facta sunt sub athalia: q̃ vsurpauit sibi regnũ iuda. ⁊ ꝑ ꝛscribit huiusmõi vsurpatio. secũdo heredis ꝛbiti institutio. ibi: Anno aũt septimo. ctio athalie interfectio ibi: Audiuit autẽ athalia. quarto regis instituti cõfirmatio. ibi: Pepigit ergo. Circa primũ dicit: Athalia ꝙo mat̃ ochoçie. Ista eni erat educata a parentib⁹ idolatris achab⁹ ⁊ iezabel, ꝓpter qõ erat neqssima intantũ q̃ libidine regnãdi filios filij sui interfecit: excepto ioas q̃ erat minimus ⁊ ꝛ no uo natus. ⁊ ꝓpter hoc poterat facili⁹ abscondi. b Eratꝫ cum ea sex annis clam i domo dñi. Erat eni ista iosaba filia regis iozam ꝛfuncti. ⁊ ꝙor ioiade pontificis: quia tribus sacerdotalis ⁊ regia erant cõmixte ex causis rationabilibus. sicut dictũ fuit Numeri. ca. viij. ⁊ ideo facilius potuit eum nutrire in domo dñi. Dicit aũt hic Ra. Sa. q̃ puer ⁊ nutrix sua fuerũt custoditi in solario templi dñi: vbi nullus audebat accedere nisi sacerdotes ⁊ leuite qui custodiebant vasa sancta ibidem repsita: ꝓpter quod melius potuerunt ibi celari. ⁊ ꝫ alias eẽt illicitũ nutrici ⁊ puero ibi esse: licitum tamẽ fuit in tali necessitate: sic̃ dauid ⁊ pueri eius comederunt panes sacerdotales in necessitate positi: qõ tamen alias fuisset eis illicitum. c Anno aũt septimo hic ꝓnter ꝛscribit ꝛri heredis institutio p sollicitudinẽ ioiade pontificis querẽtis ad hoc assensũ ⁊ auxiliũ pncipũ ⁊ nobiliũ regni. cum dr: d Pepigitꝫ cum eis fedus ⁊ adiurans eos. ut inuarẽt eum fideliter in institutione regis ꝛbiti qõ fecerunt libenter. tum quia quilibet naturaliter diligit dominũ suũ ꝛrũ. tũ qz̃ displicebat eis mulieris imperium. e Tertia pars ꝛstrũ introeat sabbato. s. ꝛterminato per ioiadam ⁊ pncipes ad institutionem regis. f Et obseruet excubias dom⁹ regis. ita q̃ ex illa pte vbi manebat athalia nõ posset regi instituto inferri violentia. g Tertia pars sit ad portam seyr ⁊c. in illis enim locis posuit custodias vnde poterant homines intrare atrium sacerdotũ. vbi rex fuit cozonat⁹.

a Cap. xj.

filius eius ꝙo eo. Dies autem quos regnauit iehu super israel viginti ⁊ octo anni sunt in samaria.

XI

Thalia[a] ꝙo mat̃ ochoçie videns mortuũ filium suum: surrexit ⁊ interfecit omne semẽ regium. Tollens autem iosaba filia regis iozã sozor ochoçie ioas filium ochoçie furata ẽ cum ꝛ medio filiozũ regis qui interficiebantur: ⁊ nutricem eius ꝛ triclinio: ⁊ abscondit eũ a facie athalie ut non interficeret: eratꝫ [b] cum ea sex annis clam i domo domini. Porro athalia regnauit sup terrã septẽ annis Anno [c] aũt septimo misit ioiada ⁊ assumẽs centuriones ⁊ milites introduxit ad se i templum domini: pepigitꝫ [d] cum eis fedus. Et adiurans eos in domo domini ostendit eis filiũ regis: ⁊ precepit illis dicens: Iste est sermo quem facere ꝛberis. Tertia [e] pars ꝛstrũ introeat sabbato: ⁊ [f] obseruet excubias domus regis. Tertia [g] aũt pars sit ad portam seyr: ⁊ tertia pars sit ad portã que est post habitaculum scutariozũ: ⁊ custodietis excubias domus messa. Due ꝙo partes e vobis omnes egredientes [h] sabbato custodiant excubias dom⁹ dñi circa regem: ⁊ vallabitis eum habentes arma in manib⁹ ꝛstris. Si [i] quis aũt ingressus fuerit septũ tẽpli: interficiat[k] Eritisꝫ cum rege introeũte ⁊ egrediente. Et fecerunt centuriones iuxta omnia que preceperat eis ioiada sacerdos. Et assumentes singuli viros suos qui ingrediebant[l] sabbatũ cum bis qui egrediebant[m] e sabbato venerunt ad ioiadã sacerdotẽ. Qui ꝛdit eis hastas ⁊ arma regis dauid: que erãt in domo domini. Et steterũt singuli habentes arma i manu sua a pte templi ꝛtera vsꝫ ad partẽ sinistram altaris ⁊ edis circa regem. Produxitꝫ [n] filiũ regis ⁊ [o] posuit sup eum diadema ⁊ [p] testimoniũ: feceruntꝫ eũ regem ⁊ vnxerũt: ⁊ plaudentes manu dixerũt. Viuat rex. Audiuit[q] aũt athalia vocẽ pcurrẽtis: ⁊ [r] ingressa ad turbas in templũ domini vidit regẽ stantem sup tribunal iuxta morẽ: ⁊ cantores ⁊ turbas ꝑ eum: omnẽsꝫ populũ terre letantẽ ⁊ canentem tubis: ⁊ scidit ꝛstimenta sua clamauitꝫ: Coniuratio: coniuratio. Precepit autẽ ioiada centurionibus qui erant sup exercitum: ⁊ ait eis: Educite eã extra septa templi: ⁊ [s] quicũqꝫ eam secutus fuerit feriatur[t] gladio. Dixerat enim sacerdos: non occidat̃ in templo domini. Impositumerũtꝫ ei manus: ⁊ [u] impegerunt eam p viam introitus equozum iuxta palatium: ⁊ interfecta est ibi. Pepigit[v] ergo ioiada fedus inter[w] ꝛũ ⁊ regem: ⁊ [x] inter populum ut eẽt popul⁹ domini: ⁊ [y] inter regem ⁊ populũ. Ingressusꝫ est omnis popul⁹ terre templũ baal: ⁊ ꝛstruxerũt aras eius: ⁊ imagines contriuerunt valide: mathan quoꝫ sacerdotẽ baal occiderunt cozã altari. Et [z] posuit sacerdos custodias i domo domini: tulitꝫ centuriões ⁊ celethi ⁊ phelethi

b Egredientes sabbato. Fm q̃ habetur. j. Paral. dauid amplians cultũ ꝛi ordinauit q̃ essent viginti q̃tuor sacerdotes sub summo sacerdote: qui seruirent in templo succeſſiue p ebdomadas. ⁊ sic mutabãt in sabbato: sic ⁊ turme leuitarum eis ministrantium ⁊ cantozũ ⁊ ianitorũ: ita q̃ sabbato intrãte sacerdote cũ suis turmis: alius qui ministrauerat ebdomada precedente egrediebatur cum suis. sabbato aũt illo quo ioas fuit cozonatus. ioiada retinuit illos q̃ debebant exire. cum intrantibus: ut haberet maiozẽ populũ secum ad ꝛfendendũ regẽ. i Si qs autẽ ingressus fuerit septum templi. i. clausurã atrij sacerdotũ. qõ erat circa templũ. k Interficiatur, non tamẽ intra atriũ: sed extra. sicut patz infra ꝛ athalia. ⁊ loquitur ioiada ꝛ intrãtibus atriũ contra regẽ institutũ. nõ autẽ ꝛ illis qui intrabãt ꝓ eo ꝛfendendo uel honorando.

c Anno aũt septimo

l Produxitꝫ filiũ regis. ꝛ solario templi ad atrium. m Et posuit sup eũ diadema. quo reges cozonabant̃ quod in templo seruabat̃. n Et testimoniũ. i. legẽ in q̃ ꝛdebat rex instituꝰ istruere ⁊ meditari ⁊ eã seruare ac facere obseruari. o Audiuit autẽ. hic ꝓnter ꝛscribitur athalie occisio. cũ dr: Audiuit aũt athalia vocẽ ꝓcurrentis. ꝓ solẽnitate instituti reg. p Et ingressa ad turbas i tẽplũ dñi. hoc videt̃ esse ꝫ illud qõ dictũ est q̃ ꝑceptũ erat centurionib⁹ q̃ nõ pmitterent aliquem ingredi atriũ. q̃ eẽt regi ꝓrari⁹. Dicendũ q̃ athalia sola fuit excepta. ⁊ iõ pmissa fuit ingredi tũ sine comitiua: ut sic facilius ⁊ certius caperet̃ ⁊ occideret̃ non tamẽ intra atriũ ne violaret̃. ß ex ut ꝓz i lrã.

d Pepigitꝫ cum eis fedus ⁊ adiurans eos. ut inuarẽt eum fideliter in institutione regis ꝛbiti qõ fecerunt libenter. tum quia quilibet naturaliter diligit dominũ suũ ꝛrũ. tũ qz̃ displicebat eis mulieris imperium.

e Tertia pars ꝛstrũ introeat sabbato. s. ꝛterminato per ioiadam ⁊ pncipes ad institutionem regis.

f Et obseruet excubias dom⁹ regis. ita q̃ ex illa pte vbi manebat athalia nõ posset regi instituto inferri violentia.

g Tertia pars sit ad portam seyr ⁊c. in illis enim locis posuit custodias vnde poterant homines intrare atrium sacerdotũ. vbi rex fuit cozonat⁹.

q Et quicũqꝫ eã secut⁹ fuerit. ad sibi fauẽdũ. r Feriat̃ gladio. tãq̃ ꝓditor sui criminis.

h Egredientes sabbato. Fm q̃ habetur. j. Paral. dauid amplians cultũ ꝛi ordinauit q̃ essent viginti q̃tuor sacerdotes sub summo sacerdote: qui seruirent in templo succeſſiue p ebdomadas. ⁊ sic mutabãt in sabbato: sic ⁊ turme leuitarum eis ministrantium ⁊ cantozũ ⁊ ianitorũ: ita q̃ sabbato intrãte sacerdote cũ suis turmis: alius qui ministrauerat ebdomada precedente egrediebatur cum suis. sabbato aũt illo quo ioas fuit cozonatus. ioiada retinuit illos q̃ debebant exire. cum intrantibus: ut haberet maiozẽ populũ secum ad ꝛfendendũ regẽ.

s Et quicũqꝫ eam secut⁹ fuerit. ad sibi fauẽdũ.

i Si qs autẽ ingressus fuerit septum templi. i. clausurã atrij sacerdotũ. qõ erat circa templũ.

t Feriat̃ gladio. tãq̃ ꝓditor sui criminis.

k Interficiatur, non tamẽ intra atriũ: sed extra. sicut patz infra ꝛ athalia. ⁊ loquitur ioiada ꝛ intrãtibus atriũ contra regẽ institutũ. nõ autẽ ꝛ illis qui intrabãt ꝓ eo ꝛfendendo uel honorando.

u Et impegerũt eã ꝓ viã in. eq̃. vsꝫ eni ad illũ locũ pterãt nobiles ꝛnire equitãdo ad templũ ⁊ ibi ꝛsecẽdetes. pcedebãt vltra pdictando.

l Produxitꝫ filiũ regis. ꝛ solario templi ad atrium.

v Pepigit ꝙ. Hic ꝓnter ꝛscribit̃ reg instituti ꝓfirmatio p fed⁹ initũ.

m Et ingressa ad turbas i tẽplũ dñi. hoc videt̃ esse ꝫ illud qõ dictũ est q̃ ꝑceptũ erat centurionib⁹ q̃ nõ pmitterent aliquem ingredi atriũ. q̃ eẽt regi ꝓrari⁹. Dicendũ q̃ athalia sola fuit excepta. ⁊ iõ pmissa fuit ingredi tũ sine comitiua: ut sic facilius ⁊ certius caperet̃ ⁊ occideret̃ non tamẽ intra atriũ ne violaret̃. ß ex ut ꝓz i lrã.

w Inter ꝛũ ⁊ regẽ. ut dñi legẽ fideliter obseruaret.

n Et posuit sup eũ diadema. quo reges cozonabant̃ quod in templo seruabat̃.

x Et inter ꝓm. ut eẽt ꝓs dñi ꝛre ⁊ nõ ficte.

o Et testimoniũ. i. legẽ in q̃ ꝛdebat rex instituꝰ istruere ⁊ meditari ⁊ eã seruare ac facere obseruari.

y Et inter regẽ ⁊ populum. ut ꝓlus eẽt fidelis regi: ⁊ rex fideliter ageret ea que essent bona ꝓ cõmunitate ꝓli.

p Audiuit autẽ. hic ꝓnter ꝛscribitur athalie occisio. cũ dr: Audiuit aũt athalia vocẽ ꝓcurrentis. ꝓ solẽnitate instituti reg.

z Et posuit sacerdos custodias i domo

domini.ne cum inde duceretur rex solēniter ad domū suā fieret ibi aliquid mali. a Et sedit sup thronum regum.ista enī erat consuetudo regis de nouo inuncti.ut haberetur de salomone.supra.iij. libro.ca.j. b Cap.xij.

ANno septimo. Hic cōsequenter describit quid factū fuerit sub regibus inde

athaliā sequētibus.7 primo qd sub ioas secundo quid sub amasia 7 aliis sequētib⁹.xiiij.ca. Circa primū describitur primo regni ioas ꝓsecutio.secūdo regum israel successio.xiij.ca. Circa primū ostenditur.ꝓsperitas regni ioas q̄diu vixit immocēter.secūdo aduersitas quādo vixit insolenter-ibi: Cūc ascendit. Tempore ꝟo.ꝓsperitatis fecit reparari tēplū dñi: nō q̄ indigeret reparatione ratione antiquitatis seu debilitatis: quia salomon construxit illud opere valde forti 7 solenni.ut habet.3.iij.li. ca.vj. Et cōsūmatū fuit ānno.xj.regni salomonis. ab illo aūt tempore vsq; ad regnū ioas fluxerant cxxx.anni.sed magis q; athalia idolatrix pessima de templo abstulerat illa que poterant esse ad tēpli baal ornatū.igit circa b ꝓmo templum reparari precipit.secūdo mandatum negligitur-ibi: Igit vsq; ad.xxiij.tertio opus perficit-ibi: Cumq; viderent. Circa primū dī:

c Fecitq; ioas rectū coram dño 7c.] p hoc innuit q̄ ipso mortuo male se habuit.ut postea dicet: d Verūtamē excelsa non abstulit.licz enim non esset licitū immolari etiā domino extra hierusalem post templi edificationē.tamē plures reges ꝓmiserunt ne seditio moueretur in populo: 7 ne talia immolaret idolis.ad quod erat pronus. Omnē pecuniā sācōrū q̄ illata fuerit 7c. subdit: e Que offert ꝓ peccato anime 7 quā sponte 7c. ordinauit enī ioas q̄ a viris qui erant a.xx.annis 7 sup qui poterant ad bella ꝓcedere solueretur dimidius siclus argenti a quolibet.7 istud vocatur precium anime.7 vltra hoc illi qui erant potentiores 7 deuotiores offerebant ſm q̄ eis placebat. 7 ista vocat pecunia sponte data 7 ex arbitrio voluntatis.7 ex istis debebat reparari templum: quia neutra pecunia erat de iure sacerdotū 7 leuitarū. g Ut instaurent sartatecta dom⁹.id est fissuras que indigebant reparatione.maxime in tectis templi: que erāt magis exposita imbribus 7 ventis.7 dicit sartatectū a sartio.is.qđ facit sartum in supino.7 tectū tecti. f Accipiant illam sacerdotes iuxta ordinē suū.id est ſm q̄ fuerint ad hoc ordinati. b Igitur vsq; ad vicesimū tertiū annū. Hic ꝓsequenter ponit negligētia p̄dicti precepti.7 remedium contra hoc per regem 7 pontificem.7 patz littera. i Cumq; viderēt nimiā pecuniā. Hic consequenter ponit ꝓfectio operis ex pecunia a populo accepta-cum dicit: Cumq; viderent nimiam pecuniam esse in gaçophylacio: ita q̄ indigebat euacuatione.ut sic alia pecunia ibidem reciperetur. k

legiones: 7 omnē populū tre: deduxeruntq; regem de domo dñi.Et venerunt p viam porte satariorū in palatium: 7 sedit sup thronū regum. Letatusq; est omnis populus terre 7 ciuitas conquieuit. Athalia aut̄ occisa est gladio in domo regis: septēq; annis erat ioas cum regnare cepisset. XII

Anno septimo iehu regnauit ioas. Quadraginta ānis regnauit in hierusalem: nomen matris eius sebia de bersabee. Fecitq; ioas rectum coram dño cunctis diebus quibus docuit eum ioiada] sacerdos: verūtamē excelsa nō abstulit. Adhuc enim populus immolabat 7 adolebat in excelsis incensum. Dixitq; ioas ad sacerdotes: Omnē pecuniā sanctorū que illata fuerit in templum dñi a ptereuntibus que offertur pro precio anime: 7 quā sponte 7 arbitrio cordis sui inferunt in templum dñi: accipiant illam sacerdotes iuxta ordinem suū: ut instaurent sartatecta dom⁹ si quid necessarium viderint instauratiōe. Igitur vsq; ad vicesimū tertium annū regis: nō instauraverunt sacerdotes sartatecta templi. Vocauitq; rex ioas ioiadā pontificem 7 sacerdotes: dicens eis: Quare sartatecta nō instauratis templi? Nolite ergo amplius accipere pecuniā iuxta ordinem vestrū: sed ad instaurationē tēpli reddite eam. Prohibitiq; sunt sacerdotes vltra accipe pecuniā a populo: 7 instaurare sartatecta dom⁹. Et tulit ioiada pontifex gaçophylacū vnū: aperuitq; foramē desup: 7 posuit illud iuxta altare ad dexteram ingredientiū domū dñi: mittebantq; in eo sacerdotes qui custodiebant ostia oēm pecuniā que deferebatur ad templū dñi. Cumq; viderent nimiā pecuniam eē in gaçophylacio ascēdebat scriba regis 7 pontifex: effundebantq; 7 numerabant pecuniam que inueniebatur in domo domini. 7 dabāt eam iuxta numerum atq; mensurā in manu eorum qui preerāt cementarijs dom⁹ domini. Qui impendebant eam in fabris lignorum 7 in cementarijs bis qui operabantur in domo dñi 7 sartatecta faciebāt: 7 in bis qui cedebant saxa: 7 ut emerēt ligna 7 lapides qui excidebāt: ita ut impleret instauratio domus domini in vniuersis que indigebāt expensa ad munienda domū. Verūtamen non fiebant ex eadē pecunia hydrie templi dñi 7 fuscinule 7 thuribula 7 tube 7 omne vas aureū 7 argenteū: de pecunia que inferebatur in templū dñi. His enim qui faciebāt opus dabat ut instauraretur templū dñi. Et non fiebat ratio bis hominibus qui accipiebant pecuniā ut distribuerent eam artific⁹: sed i fide tractabant eam. Pecuniā ꝟo pro delicto 7 pecuniā pro peccatis non inferebant in templū domini: quia sacerdotum erat. Tūc ascēdit azahel rex syrie 7 pugnabat ptra geth Cepitq; eam: 7 direxit faciem

l Ascendebat scriba regis 7 pontifex.ut negocium certius fieret 7 absq; suspicione. l Et dabant eā iuxta numerum atq; mēsuram 7c.ut instauratio dom⁹ domini compleret.7 patz līa vsq; ibi: m Verūtamē nō fiebant ex eadē pecunia hydrie.7 hoc dictū q̄ illa pecunia non erat ad hoc ordinata: ſ ad reparationem templi ut dictū est.verūtamē quia completo illo opere remāsit aliqua pars pecunie.de illa facta sūt aliqua vasa tēpli aurea 7 argentea.ut habetur. ij. Parał.ca.xxiij. Cetera patent in litterra. n Tūc ascendit azahel rex syrie. Hic describit aduersitas regni: quando ioas cepit viuere insolenter: quia mortuo ioiada principes volentes regi adulari exhibuerūt sibi honores soli deo debitos quibus acquieuit rex in hoc vsurpās sibi honorē diuinū. quod cū argueret zacharias filius ioiade: 7 de mandato regis lapidat⁹ fuit i atrio dom⁹ dñi.ut habetur.ij.Parał. ca.xxiij.Dicit aūt Ra.Sa.q̄ hic ꝓncipes dixerūt regi: q̄ esset dignus honore diuino: quia sex annis fuerat in templo domini nutritus: quod non fuisset nisi in eo esset aliquid diuinū: quia si aliquis intrasset locum illum etiam per momentum temporis: preter illos qui habebāt loci custodiā erat in periculo mortis: quibus rex acquieuit in pſone sue 7 regni sui detrimentum.propter quod a deo punitus fuit primo afflictione.7 secundo morte-ibi: Surrexerunt autem. Circa primū dicitur: Tunc ascendit azahel.id est postq̄ rex vsurpauerat sibi honorem diuinū modo predicto.7 interfecerat zachariam. o Et pugnabat contra geth.ista ciuitas erat in terra philistinorum. p Cepitq; eam 7 direxit fa-

ciem suã ⁊c. ¶ ij. Paral. xxiiij. dicit q ioas cũ maxima multitudine exiuit ꝓtra syros: ⁊ a modico pꝛ̃o fuit ꝛebellatus: ⁊ populus eius occisus ꝑ magna ꝑte ⁊ ipsemet viliter tractat⁹ ꝓpter quod ad suã liberationẽ tradidit ea que nõ licebat: qõ notatur cum dicit:

a Que consecrauerat iosaphat ⁊ ioram ⁊c. illa enĩ que semel erant consecrata domino non poterãt vltra alijs vsibus applicari. ut habet Leuit. vlt.

b Surrexerunt autem serui eius. Hic consequenter additur pena mortis: qz addiderat peccatis peccatũ dicit:

c Percusseruntq; ioas in domo mello. id est in ꝓpria domo. illũ enĩ locum edificauit salomon ad dilatationẽ habitationis vꝛoris sue: sicut dictum fuit ij. li. xj. ca.

d Josachar nãq; filius semath ⁊c. iste fuit ãmonites: ⁊ socius suus moabites. ut habetur. ij. Paral. xxiij. qõ diuino iudicio factũ fuit. ut dicit Ra. Sa. ut a sibi similib⁹ in peccato occideret. Joas enĩ fuit valde ingrat⁹ bñficijs ioiade cui⁹ filium interfecit. ut dictum est. ⁊ eodẽ modo ãmonite ⁊ moabite qui descẽderunt de lotb fuerunt valde ingrati bneficijs abꝛahe q̃ expulit se periculo pugnando contra quinq; reges. ut liberaret lotb de manibus eoꝝ. ut habet Ben. xiiij. Potest etiam dici q fuerunt valde ingrati ipsi ioas: qz cum essent extranei fecerat eos sibi familiares ⁊ valde potentes in regno suo.

e Et sepelierunt eum cũ patribus suis. ꝑtum ad locũ in generali scilz in ciuitate dauid: non tamen cũ patribus suis ꝑtum ad locum sepulture in speciali: quia non fuit sepultus in sepulchris regum. ut habetur. ij. Paral. xxiij.

Anno vicesimotertio ioas.

f Lap. xiij.

Hic cõsequenter describitur regum israel successio. ⁊ secundo helisei mors ⁊ tumulatio. ibi: Heliseus aũt. Circa primũ primo ponit ioachaz regis israel malicia. cum dicit:

g Et fecit malũ coꝛam dño. ⁊ subdit sequens peccatum ut ascenderet in hierusalem. ¶ Quãobrẽ tulit ioas rex iuda oia sanctificata que a consecrauerat iosaphat ioram ⁊ ochoçias patres eius reges iuda: ⁊ que ipse obtulerat ⁊ vniuersum argentum qõ inueniri potuit in thesauris templi dñi ⁊ in palatio regis: misitq; açabeli regi syrie: ⁊ recessit ab hierusalem. Reliqua autẽ sermonũ ioas ⁊ vniuersa que fecit: nonne hec scripta sunt in libro verboꝝ dierum regum iuda? Surrexerunt b aũt serui eius ⁊ coniurauerunt inter se: percusseruntq; c ioas in domo mello in descensu sela. Josachar d nãq; filius semath: ⁊ ioçabat filius somer serui eius percusserũt eum ⁊ mortuus est. Et e sepelierunt eum cum patribus suis in ciuitate dauid: regnauitq; amasias filius eius pro eo.

XIII

Anno f vicesimotertio ioas filij ochoçie regis iude regnauit ioachaz filius iehu sup israel i samaria decem ⁊ septem annis ⁊ g fecit malum coꝛã dño. Secutusq; est peccata hieroboam filij nabath qui peccare fecit israel: ⁊ nõ declinauit ab eis ¶ Iratusq; h est furoꝛ domini contra israel: ⁊ tradidit eos in manu açabel regis syrie: ⁊ i manu benadab filij açabel cunctis diebus. Deprecatus est aũt ioachaz faciem domini: ⁊ audiuit eũ dominꝰ. Vidit enĩ angustiam israel: qz attriuerat eos rex syrie. Et i dedit dominus saluatoꝛem israeli: ⁊ liberatus est de manu regis syrie: habitauerũtq; filij israel in tabernaculis suis: sicut heri ⁊ nudius tertius. Verũtamen k non recesserunt a peccatis domus heroboã qui peccare fecit israel: sed in ipsis ambulauerũt. Siquidẽ l ⁊ lucus ꝑmansit in samaria: ⁊ nonsũt derelicti ioachaz de populo nisi qnquaginta equites: ⁊ decem currus ⁊ decem milia peditum. Interfecerat enim eos rex syrie ⁊ redegerat quasi puluerem in tritura aree. Reliqua aũt sermonum ioachaz ⁊ vniuersa que fecit ⁊ fortitudo eius nonne hec scripta sunt in libro sermonum dierum regũ israel? Dormiuitq; ioachaz cum patribus suis: ⁊ sepelierũt eum in samaria: regnauitq; ioas filius eius ꝑ eo.

Anno tricesimoseptimo ioas regis iuda regnauit ioas filius ioachaz sup israel in samaria sedecim annis: ⁊ fecit qõ malũ est in conspectu dñi. Non declinauit ab omnib⁹ peccatis hieroboam filij nabath q̃ peccare fecit israel: sed in ipsis ambulauit. Reliqua aũt sermonũ ioas ⁊ vniuersa que fecit: ⁊ m fortitudo eius quomõ pugnauerit cõtra amasiã regem iuda: nonne hec scripta sunt in libro sermonũ dierum regũ israel? Et dormiuit ioas cum patribus suis: hieroboam autẽ sedit sup solium eius. Porro ioas sepultus ẽ in samaria cũ regib⁹ israel. Heliseus n aũt egrotabat infirmitate qua ⁊ mortuus est. Descenditq; o ad eũ ioas rex israel: ⁊ flebat coꝛã eo: dicebatq; ꝓ mi: ꝓ mi: currus p israel ⁊ auriga ei⁹. Et ait illi heliseus: Affer arcũ ⁊ sagittas. Cũq; attulisset ad eũ arcũ ⁊ sagittas: dixit ad regem israel: Pone q manũ tuã sup arcũ Et cũ posuisset ille manũ suã:

b Iratusq; est furoꝛ domini cõtra israel. i. rigoꝛ iusticie diuine ad punitionẽ culpe. ⁊ addit ipsius ioachaz penitẽtia docente eum pena. cum dicit:

i Et dedit dñs saluatoꝛem israeli. Quis autẽ fuerit iste saluatoꝛ scriptura non exprimit. ⁊ ideo circa hoc varie dicit. Dicit enĩ Ra. Sa. ꝙ fuit ioas filius ioachaz qui percussit ter syriã. ut habet infra eodẽ ca. sed hoc non consonat littere sequenti. quia ille tres ꝓcussiones fuerunt post mortem ioachaz. hic aũt dicit de ipso: Et literat⁹ est de manu regis syrie ⁊c. ꝓpter qõ oportz dicere q iste saluatoꝛ ei datus fuit in vita ipsi⁹. Poterit igit̃ cõuenienter dici q iste saluatoꝛ fuit angelus regno israel ꝓlatus: quia angeli singulis regnis ꝓlati ꝓcurant bonũ regnoꝝ sue custodie reputatoꝛũ. ut bñ Dan. x. ꝓpt qõ iste angelus de ordinatice dina ipedimit extitit ioachaz ꝓsurgẽ bella. ita q q̃libet nõ haberet ꝓ in ꝑtute resistẽdi aduersarijs. Vñ q subdit. j. Et nõ fuit derelicti ioachaz de ꝓlo nisi qnquaginti eqites ⁊c. tamẽ ꝑtute angeli boni⁹ occulta fuerũt aduersarij ei⁹ repssi ꝓ timoꝛe eius timissũ. uel alio mõ. ita q dimiserũt ioachaz ⁊ populũ ei⁹ in pace. ⁊ i hoc cõcordat dictũ Josephi. d. q dñs ꝓcesserit ei euadere pericula belli.

k Verũtñ nõ recesserũt a peccatis domus hieroboã. colẽdo vitulos. ne ꝓpl's israel rediret ad regnũ dauid si ascenderent in hierusalẽ adorare.

l Siquidẽ ⁊ lucus remãsit in samaria. hoc erat de reliquijs cultus baal. vituli enim aurei nõ erãt in samaria sed in dan ⁊ bethel. sicut dictũ fuit. ij. li. xij. ca. ß in samaria fuerat templũ baal qõ destruxit iehu. sicut bñ. ij. ca. ß lucus q erat plantat⁹. ppe illud templũ i quo exercebatur luxuria. remanserat ꝓtra legis mãdata que ꝓcepit lucos excidi: sicut ⁊ templa idoloꝝ subuerti. Cetera patent in lrã vsq; ibi:

m Et fortitudo ei⁹ quõ pugnauerit ꝓtra amasiã. de q pugna dicet magis ca. sequẽti.

n Heliseus aũt. Hic ponit describit mors helisei ⁊ ei⁹ tumulatio. ⁊ ꝓ describit signũ ab eo datũ cũ esset mortui ꝓpinquus. 2° cũ iam cẽ mortuo⁹. ibi: Mortuo ẽ g.

o Circa primũ dr: Descẽditq; ad eos ioas rex israel ⁊ flebat. qz vita helisei multũ valebat ad defensionẽ sui regni.

p Curr⁹ israel ⁊ auriga ei⁹. exponat sicut. ij. ca. ij. cui cõpassus heliseus dixit:

q Pone manũ tuam super arcum. ad tendendum ipsum.

a Suppoſuit helíſeus manus ſuas.ad oſtendendū q̄ meritis ipſi⁹ daret regi ſignū victorie. b Aperi feneſtrā oriētalē. In illa enī parte erat regnū ſyrie qō moleſtabat regnū iſrael. c Sagitta ſalutis dñi ⁊c.id eſt emiſſio huius ſagitte ſigt victoriam p̄o populo iſrael ⁊ contra ſyros. d Percute iaculo terram. Iſta percuſſio

ſuperpoſuit [a] heliſeus manus ſuas manib⁹ regis: ⁊ ait: Api[b] feneſtram oriētalem. Cumq̄ aperuiſſet: dixit heliſeus: Jace ſagittam. Et iecit. Et ait heliſeus: Sagitta[c] ſalutis domini ⁊ ſagitta ſalutis cōtra ſyriam. Percuties q̄ ſyriam in aphec: donec conſumas eam. Et ait: Tolle ſagittas. Qui cū tuliſſet: rurſum dixit ei: Percute[d] iaculo terram. Et cum percuſſiſſet tribus vicibus ⁊ ſtetiſſet: iratus eſt vir dei contra eum: ⁊ ait: Si[e] percuſſiſſes q̄nquies aut ſexies ſiue ſepties: percuſſiſſes ſyriam uſq̄ ad cōſūmationem. Nunc[f] aūt tribus vicib⁹ percuties eam. Mortuus [g] eſt ergo heliſeus: ⁊ ſepelierunt eū. Latrunculi autē de moab venerunt in terram in ipſo anno. Quidam autē ſepelientes hominem viderunt latrūculos: ⁊ piecerūt cadauer in ſepulchro heliſei. Quod[h] cū tetigiſſet oſſa heliſei reuixit homo ⁊ ſtetit ſuper pedes ſuos. Jgit̄ azahel rex ſyrie afflixit iſrael: cunctis diebus ioachā. Et miſertus è dominus eoꝝ: ⁊ reuerſus eſt ad eos ꝓpter pactum ſuū quod habebat cum abrahām ⁊ iſaac ⁊ iacob: ⁊ noluit diſpdere eos neq̄ proīcere penitus uſq̄ in p̄ſens tempus. Mortuus eſt aūt azahel rex ſyrie: ⁊[i] regnauit benadab filius eius p̄o eo. Porro ioas filius ioachaz tulit urbes de manu benadab filij azahel quas tulerat de manu ioachaz patris ſui iure prelij.

Tribus vicib⁹ percuſſit eū ioas: ⁊ reddidit ciuitates iſrl. XIIII

[k] Anno ſecundo filij ioachā regis iſrael regnauit amaſias filius ioas regis iuda. [l] Viginti[m] q̄nq̄ annorum erat cum regnare cepiſſet. Viginti aūt ⁊ nouē annis regnauit in hieruſalē. Nomē matris eius ioaden de hieruſalē. Et[l] fecit rectum coram domino: verūtamen[m] non ut dauid pater eius. Juxta[n] omnia que fecit ioas pater ſuus fecit: niſi hoc tm̄ q̄ excelſa nō abſtulit. Adhuc enī populus adolebat ⁊ imolabat incenſū in excelſis. Cumq̄ [o] obtinuiſſet regnū percuſſit[p] ſeruos ſuos qui interfecerāt regem patrē ſuū: filios aūt eorum qui occiderāt non occidit: iuxta qō ſcriptum eſt i libro legis moyſi ſicut p̄cepit dñs dicens: Nō morient patres ꝓ filijs neq̄ filij p̄o patribus: ſed vnuſquiſq̄ in peccato ſuo morietur. Ipſe percuſſit edom in valle ſalinarum decem milia: ⁊ [q] apprehēdit petram in prelio: vocauitq̄ [r] nomen eius ieçehel [s] uſq̄ in p̄ſentē diem. Tunc[t] miſit amaſias nuncios ad ioas filiū ioachaz filij iehu regis iſrl dicēs: Veni[u] ⁊ videam⁹ nos. Remiſitq̄ ioas rex iſrael ad amaſiā regem iuda dicens: Carduus[v] libani miſit ad cedrum que eſt in libano dicens: Da filiā tuā filio meo vxorē. Trāſieruntq̄ beſtie ſalt⁹ q̄ ſūt in libano: ⁊ cōculcauerūt carduū. Percuties

poterat facē iuſticiā abſq̄ piculo pturbatiōis regni. p Percuſſit ſeruos ſuos ⁊c. filios aūt eoꝝ qui occiderāt nō occidit. ſicut ſcriptū ē in lege domini Deut⁹. xxiiij. Non morient patres p̄o filijs nec filij p̄o patribus ⁊c. ſequitur. q Et apprehendit petram in prelio. Dicunt hic aliq̄ q̄ petra eſt nomē cuiuſdam ciuitat⁹. Alij autē dicūt ⁊ verius ut videt q̄ eſt nomē cuiuſdam petre p̄rupte. vbi interfecit plures de idumeis. ſm q̄ habetur. ij. Paral. ca. xxv. r Vocauitq̄ nomen eius. i illius petre. s Jeçebel. ita debet ſcribi. ⁊ ſigt in hebreo acrecinē ventiū. quia illi q̄ interfecti ſūt ibi ſtridebant ventib⁹ ex horrore mortis ⁊ dolore. t Tunc miſit amaſias. Hic cōſequenter deſcribit regnū eius tēpore aduerſitatis. ⁊ primo agitur de eius rebellatiōe. ſecūdo de eius occiſione ibi: Factaq̄ ē. Circa primū ſciendum q̄ amaſias ex victoria quā habuit contra idumeos: contrictū eſt. elevatus fuit in ſuperbiā: ⁊ ex hoc iuſto dei iudicio permiſſus eſt cadere in idolatriā q: idola idumeoꝝ que ceperat reſeruauit ſibi ⁊ coluit: nec ad reprehenſionem p̄phete ſe correxit: ſed de morte ſibi cōminat⁹ fuit. ut habet. ij. Paral. ca. xxv. propter qō in tantam p̄ſumptionē p̄miſſus eſt cadere q̄ prouocauit ioas regem iſrl ad prelium. ut ſic ei⁹ ſuperbia confunderetur. ⁊ hoc eſt qō dicit: Tunc. i. p⁹ p̄dictas nequitias ab eo p̄petratas. v Miſit amaſias nūcios ad ioas. prouocando eum ad prelium. ideo ſubditur: x Veni ⁊ videamus nos. in bello diſtatuto. y Carduus libani miſit ad cedrum ⁊c. carduus eſt herba humilis ⁊ ſpinoſa. ⁊ ſcōm q̄ dicit Ra. Sa. hic ſigt emor patrem ſichem: qui erat infidelis: cedrus autem ſigt iacob qui fuit patriarcha magn⁹ cuius filiam ſcilicz dinam petiuit emor p̄o ſichem filio ſuo vxorem. ut habet Genē. ca. xxxiij. Beſtie ꝓ ſaltus cōculcantes carduū ſigt filios iacob qui interfecerunt emor ⁊ ſichem ⁊ eoꝝ p̄opulum. tempore enī ioas ⁊ amaſie inter iudeos currebat iſtud ꝓuerbiū: qñ aliquis attentabat aliq̄d preſūptuoſū. ⁊ iō ipſū applicauit ioas ſibi ⁊ amaſie. vocans ſeipſū cedrū:

a Suppoſuit helíſeus manus ſuas.ad oſtendendū q̄ meritis ipſi⁹ daret regi ſignū victorie. b Aperi feneſtrā oriētalē. In illa enī parte erat regnū ſyrie qō moleſtabat regnū iſrael. c Sagitta ſalutis dñi ⁊c.id eſt emiſſio huius ſagitte ſigt victoriam p̄o populo iſrael ⁊ contra ſyros. d Percute iaculo terram. Iſta percuſſio vesignabat percuſſionem populi ſyrie a populo iſrl ut p̄z ex ſequentibus. e Si percuſſiſſes quinquies aut ſexies ⁊c. erat enim reuelatū heliſeo q̄ ſi rex multotiens peteret terram ablēp interruptione q̄ totaliter deijceret ſyriam: non tamē habebat licentiam dicendi hō regi ſed ſolum videndi quid faceret: ut p hoc haberet certum ſignum quid futurum eſſet. ideo ſequit: f Nunc aūt tribus vicibus peties eā. ſpirit⁹ enī ſanctus tāgit cordā ꝓphetarū eo modo quo vult. ⁊ ideo aliquādo reuelat aliquid futurū in generali tm̄. ⁊ poſtea in particulari. ſicut p̄z h. quia primo fuit reuelatū heliſeo q̄ ſi rex multotiēs peteret terram deleret ſyriam: nō tamē fuit ſibi reuelatum quotiens eēt percuſſurus: ſed poſtq̄ percuſſerat ter ⁊ ceſſauerat: reuelatum fuit heliſeo q̄ peteret ſyros tm̄ tribus vicibus ⁊ in bellis particularibus. g Mortuus eſt igit̄ heliſe⁹. Hic conſequēter deſcribit ſignū factum p heliſeum poſt mortē eius. cū ſubdit: h Nō cum tetigiſſet oſſa heliſei reuixit. ad declarandum merita ipſi⁹ heliſei. cetera patēt uſq̄ ibi: i Et regnauit benadab filius eius ꝓ eo. ſic enī ſcribit hic i hebreo. ⁊ ita dicit Hiero⁹ q̄ debet ſcribi. ille autem benadab qui p̄ceſſit azahel ſcribit p̄r. h. in fine.

k Cap. xiiij. Anno ſecūdo filij ioachaz. Hic cōſequēter agitur de hoc qō factum eſt tempore amaſie regis iude. ⁊ primo deſcribitur regni eius proſecutio. ſecundo regni iſrael ſucceſſio. ibi: Anno q̄ntodecimo. Prima i duas quia primo deſcribit regnū amaſie tempore ꝓſpritatis. ſecūdo tpe aduerſitatis. ibi: Tūc miſit amaſias. Circa primū deſcribit ipſius vita. cum dicit: l Et fecit rectū coram dño. reſpectu regum iſrl qui erant impfecti. ideo ſubdit: m Verūtamē nō ut dauid pater eius. qui fuit valde perfectus. n Juxta omnia que fecit ioas pater ſuus fecit niſi hoc tm̄ q̄ excelſa nō abſtulit. ſicut ſupdictū eſt. ca. xij q̄ nec etiam ioas pater eius abſtulit excelſa. ⁊ ideo iſtud: Niſi hoc tm̄ ⁊c. non poteſt referri ad litterā imediate precedentē: ſed refert ad id qō dicit: Fecit rectū coram dño Niſi hoc tm̄ ⁊c. ⁊ tunc p̄z littera. o Cumq̄ obtinuiſſet regnū. in pace ⁊ quiete: ita q̄ tunc

bic mons offensionis eo q̄ salomon offendit deum edificando ibi templa idolorum pro uxoribus suis. ut supra habetur. iij. libro. ca. xj. a Repleuitq̄ loca eorum ossibus mortuorum. per hoc designans q̄ erant cōtaminata propter idolatriam ibidem perpetratam. b Et altare qđ erat in bethel & excelsum &c. qđ fecerat hieroboam. ut habetur supra. iij. libro. ca. xij. c Et tulit ossa de sepulchris. sicut predictum fuerat per prophetam domini. ut habetur supra libro. iij. ca. xiij. d Quis est titulus ille. cū essent ibi multa sepulchra. queritur quare iosias specialiter quesiuit de illo. ad quod respōdet Ra. Sa. q̄ vidit ex uno latere sepulchri herbas fetidas & pungentes ortas ut spinas & ypticas & huiusmodi. ex alio uo latere herbas bonas & suauiter redolentes ut balsamū & huiusmodi. Potest etiam dici q̄ falsus propheta qui fecerat se ibi sepeliri: ut parceretur ossibus eius propter merita prophete sancti ibidem sepulti. fecerat ibi signum notabile: & scripturam per que cognoscebatur q̄ erat sepulchrum prophete sancti qui de iuda venerat. & propter hoc iosias rex iuda specialiter quesiuit de illo sepulchro. e Insuper & omnia phana excelsorum que erant in ciuitatibus samarie. quia iudei decem tribuum qui captiuatis aliis latuerant & postea habitabant in ciuitatib⁹ illis obediebant iosie ad cōmotionem hieremie prophete. ut dicit Ra. Sa. f Reuersusq̄ est hierusalem. hic cōsequenter ostenditur deuotio iosie ex phase solenni celebratione. vñ subditur: g Nec enī factū ē tale phase. id est solennitas paschalis tanta. b A diebus iudicum. ij. Paral'. xxxv. dicitur: A diebus samuelis. & in idem redit: quia fuit ultimus iudicum. vt habetur supra. j. libro. ca. xij. non legitur tamen q̄ filij israel tempore iudicum solemniter celebrauerunt phase. sed tempore iosue celebrauerunt. ut habetur Josue. v. non enim omnia scripta sunt que facta fuerunt. i Sed & phitones & ariolos

que edificauerat salomon rex israel astaroth idolo sidonio rum & chamos offensioni moab: & melchon abominationi filiorum āmon polluit rex. & cōtriuit statuas & succidit lucos: repleuitq̄ [d] loca eorum ossibus mortuorum. Insuper & [b] altare quod erat in bethel & excelsum quod fecerat hieroboam filius nabath: qui peccare fecit israel: & altare illud excelsum destruxit atq̄ combussit & cōminuit in puluerem: succenditq̄ etiam lucum. Et conuersus iosias vidit ibi sepulchra que erant in monte: misitq̄ & [c] tulit ossa de sepulchris: & combussit ea super altare: & polluit illud iuxta verbum domini quod locutus est vir dei qui predixerat verba hec. Et ait: Quis [d] est titulus ille quem video? Responderuntq̄ ei ciues urbis illi⁹. Sepulchrum est hominis dei qui venit de iuda: & predixit verba hec que fecisti super altare bethel. Et ait: Dimittite eū. Nemo cōmoueat ossa eius. Et intacta manserūt ossa illius cum ossibus prophete qui venerat de samaria. Insuper [e] & omnia phana excelsorum que erant in ciuitatibus samarie que fecerāt reges israel ad irritandum dominum: abstulit iosias: & fecit eis scōm omnia que fecerat in bethel. Et occidit vniuersos sacerdotes excelsorum: qui erāt ibi super altaria: & combussit ossa humana super ea. Reuersusq̄ [f] est hierusalem: & precepit omni populo dicens: Facite phase domino deo vestro: sm q̄ scriptum est in libro federis huius. Nec [g] enim factum est phase tale a diebus [b] iudicum qui iudicauerunt israel: & omnium dierum regum israel: & regum iuda: sicut in octauo decimo anno regis iosie factum est phase istud domino i hierusalē. Sed [i] & phitones & ariolos & figuras idolorū. & immunditias & abominationes que fuerunt in terra iuda & hierusalem abstulit iosias: ut statueret verba legis que scripta sunt in libro quem inuenit helchias sacerdos in templo domini. Similis [k] illi non fuit ante eū rex qui reuerteret ad dominū in omni cordesuo: & in tota anima sua & vniuersa virtute sua iuxta omnem legem moysi: neq̄ post eum surrexit similis illi. Verūtamen [l] non est auersus dominus ab ira furoris sui magni: quo iratus est furor eius contra iudam propter irritationes quibus prouocauerat eum manasses. Dixit itaq̄ dominus. Etiam iudam auferam a facie mea sicut abstuli israel: & proiciam ciuitatem hanc quā elegi hierusalem & domū de qua dixi: erit nomen meum ibi. Reliqua uo sermonum iosie & vniuersa que fecit: nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum iuda? In [m] diebus eius ascendit pharao nechao rex egypti contra regem assyriorum ad flumen euphraten. Et [n] abijt iosias rex iuda in occursum eius: & [o] occisus est in mageddo cum⁹ vidisset eum. Et portauerunt eum serui sui mortuum de mageddo & pertulerunt in hierusalem: & sepelierunt eum in sepulchro suo. Tulitq̄ [q] populus terre ioachaz filium iosie: & vnxerūt eū: & cōstituerunt eum regem pro patre suo. Uiginti trium annorum erat ioachaz cum regnare cepisset. & tribus mensibus regnauit i hierusalē. Nomen matris eius amithal: filia hieremie de lobna. Et [r] fecit malum coram domino: iuxta omnia que fecerant patres eius. Uinxitq̄ [s] eum pharao nechao in reblatha: q̄ est in terra emath: ne regnaret in hierusalem. Et imposuit mulctam terre centū

olos & figuras &c. ista sunt frequenter exposita superius. k Similis illi non fuit ante eum rex. licz enim dauid in aliquibus fuerit deuotior: iste tamen fuit innocentior: quia talia crimina non cōmisit sicut dauid. l Verūtamen non est auersus dominus. quia sanctitas iosie nō expiauit malicias predecessorum suorum que fuerant nimis magne: & q̄tum ad grauitatem criminum: & q̄tum ad diuturnitatē temporum. m In diebus eius. hic consequenter ponit mors iosie lamentabilis. cum dicitur: n Et abijt iosias rex iuda in occursū ei⁹. quia rex egypti procedens ad bellum contra regem assyriorum trāsiuit per partem regni iuda: & ideo iosias nolebat hoc sustinere timens ne ingressus terram suam eam caperet: uel saltem spoliaret. o Et occisus est in mageddo. nomen est loci. p Cum vidisset eum. id est pugnasset contra eum. q Tulitq̄ populus terre &c. hic ꝓñt describitur substitutio dissimilis: quia ioachaz filius iosie fuit idolatra pessim⁹. ideo subditur: r Et fecit malum coram domino iuxta omnia que fecerant patres eius scilicet manasses achaz & alij qui fuerant pessimi: propter quod traditus est in manus regis egypti. vñ subditur: s Uinxitq̄ eum pharao. cum enim pharao cepisset syriam: mandauit pro ioachaz ut veniret ad eum in reblata que est ciuitas syrie: & ille non audens venire: eo q̄ non habebat virtutem resistēdi: missus est ab eo vinctus in egyptū: & ibidem mortu⁹.

a Regemq; constituit pharao nechao heliachim. fratrem ioachaz seniorem ipso. sed populus terre preposuerat iunio-rem. ad hoc induct⁹ per amicos ex parte matris sue: qui erāt potentes in regno. sed pharao restituit regnum seniori ut sibi fidelius seruiret. b Vertitq; nomen suum ioakim. sic enim vetet scribi: scilz per simplex. k. 7.m. in fine. quia in hebreo scribitur per coph 7 men. quibus correspondent apud nos. k. 7.m. mutauit autem rex egypti nomen eius in signū 7 memoriā q; ipse creauerat eum regem. c Argentum autem 7 aurum vedit ioakim pharaoi. reddens ei diligenter tributū. quia restituerat sibi regnū sequitur. d Lap. xxiiij. M dieb⁹ eius. Hic cōsequenter ostenditur qd actum sit sub illo ioakim. secundo quid sub eius filio ibi: Et regnauit ioachin. sic enī vetet scribi iste. quia in hebreo scribitur per caph 7 nun: quibus in latino correspondent ch. 7.n. 7 hoc idē dicit hiero⁹ i omel. genealogie christi. tertio qd sub fratre suo. ibi: Duxitq; eos. Circa primū dicitur. In diebus eius. scilz ioakim filij iosie: 7 hoc factum est anno octauo regni eius. e Ascēdit nabuchodonosor rex babylonis. qui vebellato pharaone rege egypti. 7 capta syria 7 tota ēra vsq; ad riuum egypti: excepto regno iude. voluit regnum iude ponere sub tributo quod 7 fecit. vñ subditur: f Et fact⁹ est ei ioakim seruus tribus ānis 7 rursum rebellauit. q2 audiuit q; rex egypti preparabat se ad bellū cōtra nabuchodonosor. 7 ideo volēs fauere ei: eo q; regē fecerat eū ut predictum est. negauit tributum sub spe defensionis per regem egypti. g Immisitq; ei dominus latrunculos chaldeorum 7 latrunculos syrie 7c. vastantes terram iuda. b

talentis argenti: 7 talento auri. Regemq; [a] constituit pharao nechao heliachim filium iosie pro iosia patre eius: vertitq; [b] nomen eius ioakim: porro ioachaz tulit 7 duxit in egyptum. Argentum [c] autem 7 aurum vedit ioakim pharaoni cū indixisset terre per singulos ut conferretur iuxta preceptū pharaonis. Et vnumquēq; iuxta vires suas exegit tam argentū q; aurum de populo terre: ut daret pharaoni nechao. Vi-gintiquinq; annorum erat ioakim cum regnare cepisset: 7 vndecim annis regnauit in hierusalem. Nomen matris eius zebida filia phadaia de ruma. Et fecit malum coram domino iuxta omnia que fecerant patres eius.

XXIIII

In diebus [d] eius ascendit [e] nabuchodonosor rex babylonis: 7 [f] factus est ei ioakim seruus trib⁹ annis. 7 rursum rebellauit cōtra eum. Immisitq; [g] ei dominus latrunculos chaldeorum 7 latrunculos syrie 7 latrunculos moab 7 latrunculos filiorum amon: 7 misit eos in iudam ut disperderent eum iuxta verbum domini quod locutus fuerat per seruos suos prophetas. Factum [h] est autem hoc p verbum domini contra iudam ut auferret eum coram se: propter [i] peccata manasse vniuersa que fecit: 7 propter sanguinem innocium quem effudit: 7 implenit hierusalem cruore innocentium: 7 ob hanc rem noluit deus propitiari. Reliqua autem sermonū ioakim 7 vniuersa que fecit: nonne hec scripta sunt in libro sermonum dierum regum iuda? Et [k] dormiuit ioakim cum patribus suis: 7 regnauit ioachin filius eius pro eo. Et [l] vltra non addidit rex egypti ut egrederetur de terra sua. Tulerat [m] enim rex babylonis a riuo egypti vsq; ad fluuium euphraten omnia que fuerant regis egypti. Decem 7 octo annorum erat ioachin cum regnare cepisset: 7 [o] tribus mensibus regnauit in hierusalem. Nomen matris ei⁹ noesda filia helnathan de hierusalem. Et fecit malum coram domino: iuxta omnia que fecerat pater eius. In tempore illo ascenderunt serui nabuchodonosor regis babylonis in hierusalem. 7 circūdata est vbs munitionib⁹. Venit q; nabuchodonosor rex babylonis ad ciuitatem cū seruis suis: ut oppugnarent eam. Egressusq; [p] est ioachin rex iuda ad regem babylonis ipse 7 mater eius 7 serui eius 7 principes eius 7 eunuchi eius: 7 [q] suscepit eum rex babylonis anno octauo regni sui. Et [r] protulit inde omnes thesauros dom⁹ domini 7 thesauros domus regie: 7 concidit vniuersa vasa aurea que fecerat salomon rex israel in templo domini iuxta verbum domini: 7 transtulit omnem hierusalem 7 vniuersos principes 7 omnes fortes exercitus decem [s] milia in captiuitatem 7 omnem artificē 7 inclusorem: nihilq; relictum est exceptis pauperibus populi terre. Trāstulit quoq; ioachin in babylonem: 7 matrem regis 7 vxores regis 7 eunuchos regis 7 iudices terre duxit in captiuitatem de hierusalem in babylonem:

Factum est autem verbum domini cōtra iudam. specialiter per hieremiam propheram. ut patet hieremie. xxij. 7. xxv. i Propter peccata manasse. licz enim manasses penituerit: 7 a deo exauditus fuerit in persona propria. ut habetur. ij. paral. ca. xxxiij. non tamen q̄tum ad hoc q; populus a captiuitate 7 ciuitas ab incendio liberarentur. tum quia populus sicut 7 rex peccauit. non tamen similiter penituit. tum quia post manasse omnes reges iuda offenderunt dominū excepto iosia. propter quod popul⁹ fuit captiuatus 7 ciuitas destructa. ut habetur ca. sequēti. k Et dormiuit ioakim cū patribus suis. non ē per hoc intelligēdū q; mortuus fuerit in pace. imo sicut dicit Josephus: Nabuchodonosor cū exercitu venit in hierusalē. 7 cū sub spe federis ibi reciperetur: interfectis multis de populo: 7 sublatis thesauris 7 parte vasorum templi interfecit ioakim. 7 fecit corp⁹ eius inhumatum pisci extra portas urbis. sicut hieremias prędixerat. ut habet hiere. xxij. Sepultura asini sepelietur. l Et regnauit ioachin. Hic consequenter ostenditur quid factum sit sub eius filio quem substituit nabuchodonosor regem. m Et vltra nō addidit rex egypti ut egrederet de terra sua. s. cōtra regē babylonis sic sperauerat ioakim pac̄ istius: ut predictū est. cuius causa subditur. cū dicit: n Tulerat enī rex babylonis a riuo egypti 7c. 7 ideo non audebat ꝫ eū exire. o Et trib⁹ mēsibus regnauit i irlm. rex enī babylonis timens ne iste ioachin eēt memor necis pīe. 7 sic regi babylonis rebellaret. 7 eius aduersarijs se iungeret: cito rediit cum exercitu ad remouendū eum. p Egressusq; est ioachin rex iuda. timens enim ne occasiōe sui ciuitas 7 templum destruerent 7 populus totaliter captiuaretur. de consilio hieremie reddidit se voluntarie regi babylonis cum matre sua 7 amicis suis

q Et suscepit eū rex babylonis anno octauo regni sui. s. regis babylonis 7 nō regni ioachin. quia solū regnauit tribus mēsibus. ut dictum est. r Et protulit inde omnes thesauros dom⁹ domini 7c. 7 trāstulit in babylonē cū rege 7 matre 7 fortiore populo 7 meliore. ut patet i littera. s Decem milia. infra habetur: Septem

milia ⁊ artifices ⁊ inclusores mille. Dicendum q̄ tria milia fuerunt de iudeis. id est de tribu iuda. ut habetur hieremie vltimo. ⁊ isti non ponuntur in secunda numeratione. cum dicitur hic: Septem milia. ⁊ de illis septem milibus mille erant artifices notabiles ⁊ ideo cum dicitur: q Et artifices. li ⁊ tenetur pro id est. q̄ fuerunt de alijs tribubus: ⁊ mille de artificibus notabilibus. ⁊ sic in vniuerso fuerunt decem milia. ⁊ ista ductio populi dicitur proprie transmigratio. quia voluntarie se tradiderunt. quod autem postea factum est sub sedechia vocat magis ꝓprie captiuitas populi. ⁊ ideo aliqui numerant annos transmigrationis. lxx. incipiendo ab ista trāsmigratiōe facta tpe ioachin. b Duxitq̄ eos. hic consequēter describitur quid factum sit sub sedechia fratre ioachin. cum dicitur: c Et constituit matbatbiam patruum eius. scilz ipsius ioachin. d Imposuitq̄ nomen ei sedechiā. quod interpretatur iusticia domini. fecit enim rex babylonis eum iurare per dominū q̄ seruaret sibi fidelitatem ⁊ tributum redderet. ut habetur. ij. Paral. xxvj. ⁊ propter hoc sic vocauit eum ut esset memor iuramenti quod sibi fecerat. sicut iustum erat. e Et fecit malum coram domino offendēdo eum. f Recessitq̄ sedechias a rege babylonis. veniendo contra iuramentum suum. nec in aliquo voluit credere hieremie proꝑte. ut habetur. ij. Paral. xxvj. g Cap. xxv.

⁊ omnes viros robustos septē milia ⁊ [a] artifices ⁊ inclusores mille: omnes viros fortes ⁊ bellatores: duxitq̄ [b] eos rex babylonis captiuos in babylonem. Et [c] constituit matbathiam patruum eius ei ꝓ eo: imposuitq̄ [d] nomen ei sedechiam. Viceſimū ⁊ primū annum etatis habebat sedechias cum regnare cepisset: ⁊ vndecim annis regnauit in hierusalem. Nomen matris eius erat amithal: filia hieremie de lobna. Et [e] fecit malum coram domino: iuxta omnia que fecerat ioachin. Irascebatur enim dominus contra hierusalem ⁊ cōtra iudam: donec proꝑiceret eos a facie sua. Recessitq̄ [f] sedechias a rege babylonis. xxv

Actum [g] est autem anno nono regni eius mense decimo decima die mensis venit [h] nabuchodonosor rex babylonis ipse ⁊ omnis exercitus eius in hierusalem ⁊ [i] circūdederunt eam: ⁊ [k] extruxerunt in circuitu eius munitiones: Et [l] clausa est ciuitas ⁊ [m] vallata vsq̄ ad vndecimū annum regis sedechie nona die mensis. Preualuitq̄ [n] fames in ciuitate: nec erat panis populo terre. Et interrupta est ciuitas: ⁊ omnes viri bellatores nocte fugerunt per viam porte que ē inter duplicem murum ad hortum regis. Porro chaldei obsidebant in circuitu ciuitatem. Fugit [o] itaq̄ sedechias per viam que ducit ad campestria solitudinis. Et persecutus est exercitus chaldeorum regem: comprehenditq̄ eum in planitie hiericho: ⁊ [p] oēs bellatores qui erant cum eo dispersi sunt: ⁊ reliquerunt eum. Apprehensum [q] ergo eum duxerunt [r] ad regem babylonis in reblatha: qui [s] locutus est cum eo iudicium. Filios autem sedechie occidit coram eo: ⁊ oculos eius effodit: vinxitq̄ eum cathenis ⁊ adduxit in babylonem. Mense [t] quinto septima die mensis ipse [u] est annus nonusdecimus regis babylonis venit nabuçardan ꝑnceps exercitus seruus regis babylonis

Actum est autem anno nono regni ei⁹ ⁊c. Posita trāsgressione sedechie. hic consequenter ponitur sequens punitio. scōm ordinem diuine iusticie. Circa quod ꝑmo describitur captiuitas sub sedechia. ⁊ secundo seruitas sub godolia. ibi: Populo autem qui relictus erat. Circa primum ciuitas cum rege capitur. secundo succenditur. ibi: Mense quinto. tertio de preda disponitur. ibi: Reliquam autem. Circa primum describitur tempus. cum dicitur: Factum est autem anno nono regni eius. scilz ipsius sedechie. b Venit nabuchodonosor rex ⁊c. quia sedechias fregerat iuramentū sibi factum. ut predictum est. i Et circūdederunt eam. ut nullus posset ingredi uel egredi. k Et extruxerunt in circuitu eius munitiones. id est machinamenta ad destruendum muros. l Et clausa est ciuitas. ab illis qui erant intra contra aduersarios. m Atq̄ vallata. ab aduersarijs extrinsecus existentibus. n Preualuitq̄ fames in ciuitate. in tantum q̄ mulieres comedebant proprios pueros suos. scōm q̄ habetur Tren. iiij. Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos: facti sunt cibi earum in cōtritione filie populi mei. id est ciuitatis hierusalem. o Fugit itaq̄ sedechias per viā que ⁊c. dicit hic Ra. Sa. q̄ ipse fugit per quandā viam subterraneam cui⁹ exitus erat bene longe a ciuitate ⁊ ab exercitu chaldeorum cum lumine ipsum ⁊ societatem eius dirigente. sed ut inueniretur a chaldeis ⁊ caperetur. dominus fecit apparere vnum capreum siluestrem ⁊ dum chaldei vellent eum capere: fugiendo cucurrit super terram scōm lineam illius vie subterranee predicte. ⁊ sic chaldei inuenerunt sedechiam qui exiuerat viam illā. Ad hoc autem inducit verbum ezechielis loquentis in persona domini de captione sedechie. xij. ca. Et extendam rete meum super eum ⁊ capietur in sagena mea. ita q̄ scōm eum capre⁹ predicto modo ducens chaldeos ad sedechiam vocatur rete domini. sed hoc dictū non habet magnā apparentiam. quia non est verisimile q̄ chaldei in puncto captionis ciuitatis vellent intendere venationi. p̄terea licz per talem viam subterraneam possent fugere pauci: non tamen tot quot erant cū sedechia rege. ut p̄dēdit littera. ⁊ iō melius dicitur q̄ chaldei secuti sunt sedechiam per indicium aliquorū quos ceperunt in ciuitate qui nō poterant fugere. Ad auctoritatem ꝑo ezechielis p̄or dici q̄ rete domini siue sagena ibi intelligit exercitus chaldeorum capiēs sedechiam ꝑm ordinem iusticie diuine p Et omnes bellatores qui erāt cū eo dispersi sūt. quia chaldei fuerunt intenti ad capiendū regē quem principaliter querebant. q Apprehensum ergo eum. s. virum. r Duxerunt ad regem babylonis. quia tantam personam nō audebant occidere sine regis ordinatione. s Qui locutus est cum eo iudicium. arguens eum de transgressione veritatis ⁊ iuramenti. ⁊ sic. pcessit contra eum per rigorem iusticie in persona ꝓpria ⁊ filioꝝ suorum. t Mense quinto. hic consequenter describitur incendium ciuitatis. primo q̄ntum ad tempus. cum dicitur: Septima die mensis. hieremie vltimo dicitur: Decima die mensis. Dicendum q̄ non est contradictio: quia septima die mensis fuit positus ignis in ciuitate: ⁊ durauit incendium vsq̄ ad decimam diem inclusiue ꝓpter magnitudinem ⁊ multitudinem edificiorum. vñ hic ponitur principium incendij. hieremie vltimo ponitur eius finis. v Ipse est ann⁹ nonusdecimus regis babylonis. hieremie vltimo dicitur: decimusoctauus annus. q̄ soluit Ra. Sa. dicens q̄ erat nonus decim⁹ annus a principio regni nabuchodonosor. ⁊ decimusoctauus ab illo tpe quo primo cepit ioakim filium iosie. ⁊ fm hoc cepit eum secundo anno regni sui. sed hoc non videtur cōsonare textui. quia ꝺ. xxiij. ca. dictum est q̄ ioakim tribus annis seruiuit nabuchodonosor. ⁊ in quarto anno rebellauit ⁊ fuit captus ⁊ occisus ⁊ filius eius ioachin loco eius substitutus qui regnauit tribus mensibus. quo amoto substitutus est sedechias qui vndecimo anno regni sui captus est ⁊ ciuitas incensa. ⁊ sic videtur q̄ a prima captione ioakim vsq̄ ad incendium ciuitatis fluxerunt tm̄ quindecim anni. ⁊ ideo aliter p̄or dici. s. q̄. xix. āni regni nabuchodonosor non erāt simplicē

cōpleti·sed erat vnus incōpletus.ꝛ ille hic notatur ꝓpter ptē que trālierat.ꝛ Hieremie vltī.tacet ꝓpt eius incōpletionem sicut frequenē fit in alijs locis.Sciendū etiam ꝙ nabuchodonosoꝛ ꝓmo regnauit i chaldea·postea obtinuit regnū assyrioꝝ ꝛ factus est monarcha.ꝛ aliqñ eius anni numerant a ꝓncipio regni in chaldea.

aliqñ aūt a tpe q̄ fuit monarchā. a Et succēdit domū ꝛc. incipiēs a maioꝛib⁹ edificijs. b Demq; domū cōbussit.in hebreo hr Et cēm domū magnā.p quā intelligūtur loca vbi cōuenieb̄at ad audiendū legē. ut dicit Ra.Sa. c Reliquā aūt.h ꝓnter scribit dispositio de preda.ꝛ primo q̄tū ad ꝓpm vite refuatū·cū dr. Reliquā aūt po.ptē q̄ remā.in ciui.q̄ nō poterat fugere.sic fūt mulieres ꝛ paruli. d Et pfu. q̄ trāsfu.ad re.babylonis. anteq̄ ciuitas capet. e Et de pau·ter.re. vini.ꝛ agricolas. ne terra in solitudinē rediger et.ꝛ sic rex babylōis inde tributū non haberet. secūdo ordinat de p̄da q̄tū ad vasa templi·cū dr f Colūnas aūt ereas q̄ erāt in tēplo dñi ꝛc. de istis colūnis·ꝛ alijs vtēsilib⁹ hic ꝓsitis hr ē.iij.li.vij.ca.vbi de forma ꝛ dispositiōe taliū dictū fuit.ꝛ iō hic ptrāseo g Que aurea aurea ꝛ q̄ argētea argentea. i. posuit aurea ad vnā ptē sic: ꝛ argentea ad aliā.ꝛ silr de alijs metallis. ētio describit ordinatio p̄de q̄tū ad ꝓpm occisū·cū dr: h Tulit q̄q; princeps militie ꝛc. isti enī fuerāt psiliarij seu chie ꝛ ꝓsentanei in rebellione ꝟ nabuchodonosoꝛ. i Et sophar ꝓn. ex.q̄ ꝓba.tyrones.i.aptos ad ꝓeliū:ꝛ soluebat eis stipēdia.ut dic Ra.Sa. k Percussitq; eos rex babylonis.rōne iam tacta l Populo aūt. Postq̄ descripta est captiuitas sub sedechia, hic ꝓnt describit seruilitas sub godolia.ꝛ ꝓmo describit hui⁹ subiectio.secūdo ioachin sublimatio.ibi: Factū est.Circa primū dr: m Godoliā ꝛc.quē ꝓfecit rex babilonis ꝓpter q̄ remanserat ad terrā colendā ut tributū inde colligeret ꝛ mitteret regi babylonis. n Dō cū audissent oēs duces militū.q̄ in captione sedechie dispsi fuerāt:ut predictū est.ꝛ in diuersis locis latuerāt. o Jurauitq; eis godolias ꝛc.s.fedus fidelitatis ut pacifice eēnt in era sub suitute regis babylonis. p Factū est aūt in mēse septimo.a prefectiōe godolie. q Venit ismael ꝛc. de semine regio:ꝛ iō displicebat ei ꝙ alī in regno iude eēt supior eo. r Et decē viri cū eo.sed alij plures erant exteri latēres. q̄ decē viri nō fecissent tātā cedem ꝛ tantā prēdā cepissent quantā tūc fecit iste ismael.ut pleni⁹ scribit Hiere.xlj.ca. s Percusseruntq; godoliam.pditiose postq̄ eos recepat gratiose. ut habetur Hieremie.xlj. ca. t Cōsurgensq; omnis ꝓps ꝛc.,ꝓpter hoc enim fugerunt in egyptū contra Hieremie consilium. ut habet Hieremie.xlij. ne chaldei ꝓpter interfectionem godolie qui in terra repzesentabat persōam nabuchodonosoꝛ venirent ꝛ interficerēt totum populū qui remānserat. v Factū est ꝟo. Hic cōsequenter describitur sublimatio ioachin regis qui tradiderat se nabuchodonosoꝛ: ꝛ ductꝰ fuerat in babylonē captiuꝰ.ut dictū ē ē.xxiij.ca.cuiꝰ cā fuit q: euilmerodach tpe q̄ patris suiꝰ nabuchodonosoꝛ,ꝓpe amētiā in quā ꝟsus fuit inē feras habitauit.vij. ānis.ut hr Dan.iij,multa mala fecit. iō pr eius de insania reuertēs ipsū cū ioachin incarcerauit vbi amicitiā ad inuicem ꝓtraxerūt.,ꝓpe qō cū iste euilmerodach postea lib̄imatus esset in regnum eduxit istum ioachin de carcere.ꝛ ipsū inē ꝓncipes regni sui maxime honozauit.ut h dr:ꝛ ꝓs lrā Hoc aūt factū est a tpe ꝓpe duo.ꝓmū est ut ꝓsiliū hieremie q̄ ioachin se tradiderat regi babylonis ostenderetur fuisse bonum.quia per hoc euasit mortem ꝛ ciuitatis destructionem tem-

bylonis in hierusalem ꝛ[a] suc/cendit domū domini ꝛ domum regis ꝛ domos hierusalem: omnemq;[b] domum combussit igni: ꝛ muros hierusalem in circuitu destruxit omnis exercitus chaldeoꝝ qui erat cum ꝓncipe militum. Reliquam[c] autem populi partem que remanserat in ciuitate: ꝛ[d] perfugas qui transfugerant ad regem babylonis. ꝛ reliquū vulgus trāstulit nabuçardan ꝓnceps militie: ꝛ[e] de pauperibus terre reliquit vinitores ꝛ agricolas: colūnas[f] autem ereas que erant in templo domini ꝛ bases:ꝛ mare ereum quod erat in domo domini confregerunt chaldei.ꝛ transtulerunt es oē in babylonem. Ollas quoq; ereas ꝛ trullas ꝛ tridentes ꝛ cyphos ꝛ mortariola ꝛ omnia vasa erea in quibus ministrabant: tulerunt: necnon ꝛ thuribula: ꝛ phialas. Que[g] aurea aurea: ꝛque argentea argentea tulit ꝓnceps militie.id est colūnas duas: mare vnum ꝛ bases quas fecerat rex salomon in templo domini. Non erat pondus eris omniū vasorum. Decem ꝛ octo cubitos altitudinis habebat colūna vna ꝛ capitellum ereum super se altitudinis trium cubitorum: ꝛ retiaculum ꝛ malogranata super capitellum columne omnia erea. Similem ꝛ columna secunda habebat ornatum. Tulit[h] quoq; ꝓnceps militie saraiam sacerdotem ꝓmū: ꝛ sophoniam sacerdotem secundū: ꝛ tres ianitores: ꝛ de ciuitate eunuchum vnum qui erat ꝓfect⁹ super bellatores viros: ꝛ quinq; viros de his qui stetērant coram rege: quos repperit in ciuitate: ꝛ[i] sopher ꝓncipem exercitus qui probabat tyrones de populo terre: ꝛ sex viros e vulgo qui inuenti fuerāt in ciuitate. Quos tollens nabuçardan ꝓnceps militum duxit ad regem babylonis in reblata.percussitq;[k] eos rex babylonis ꝛ interfecit eos in reblatha in terra emath. Et trāslatus est iuda de terra sua. Populo[l] autem qui relictus erat in terra iuda quem dimiserat nabuchodonosoꝛ rex babylonis ꝓfecit godoliam[m] filium aichā filij saphan. Quod[n] cum audissent omnes duces militū ipsi ꝛ viri qui erant cum eis videlicꝫ ꝙ constituisset rex babylonis godoliam: venerunt ad godoliam in maspha ismael filius nathanie: ꝛ iohannan filius caree: ꝛ saraia filius thanameth netophatites: ꝛ ieçonias filius maachati: ipsi ꝛ socij eorum. Jurauitq;[o] godolias ipsis ꝛ socijs eorum dicens: Nolite timere seruire chaldeis. Manete in terra: ꝛ seruite regi babylonis: ꝛ bene erit vobis. Factum[p] est autē in mense septimo: venit[q] ismael filius nathanie filij elisama de semine regio: ꝛ[r] decem viri cū eo: percusseruntq;[s] godoliam qui ꝛ mortuus est: sed ꝛ iudeos ꝛ chaldeos qui erant cum eo in maspha. Cōsurgensq;[t] omnis populus a paruo vsq; ad magnum ꝛ ꝓncipes militum venerunt in egyptum timentes chaldeos. Factum[v] est ꝟo in āno tricesimoseptimo transmigratiōis ioachin regis iude mēse duodecimo vicesima ꝛ septima die mensis: sublenauit euilmerodach rex babylonis anno quo regnare ceperat caput

pore suo.ꝛ tandem consecutus est exaltationem in regno babylonie regno iudee destructo.secundum est ut verbum ysaie de nabuchodonosoꝛ: quod habetur Jsaie. xiiij. videlicꝫ ꝙ de sepulchro suo esset ejciendus ꝙ consiliū ioachin compleret.iste enī euilmerodach timens ne pater suus resurgeret a mortuis. sicut de insania

ad sanã mentẽ redierat: fecit corpus patris exhumari ⁊ in multis partibus diuidi: ⁊ vulturibus dari que ad diuersa loca euolauerunt: ⁊ tunc dixit ioachin: tunc resurget pater tuus quando iste aues in vnum iterum reuertentur. quasi diceret. de hoc non habes vltra timere. Patet igit̃ in hoc facto impletio prophetie diuinitus predicte: ⁊ exaltatio seminis dauid ꝓpter eius merita. etiã in terra aliena ꝑm dispositionem diuine sapientie: que mutat tempora ⁊ etates: trãssert regna atq; cõstituit: attingens a fine vsq; ad finem fortiter. ⁊ disponens omnia suauiter. Cui est honor ⁊ gloria in secula seculoꝝ Amen.

ioachin regis iuda de carcere: ⁊ locutus est ei benigne. Et posuit thronum eiꝰ super thronũ regum qui erant cum eo in babylone: ⁊ mutauit vestes eius quas habuerat in carcere: ⁊ comedebat panem semper in conspectu eius cunctis diebus vite sue: annonam quoq; constituit ei sine intermissione: que ⁊ dabatur ei a rege per singulos dies omnibus diebus vite sue.

Explicit secũdus liber malachim. i. regum quartus.

Expositio cōfratris cuiusdā de ordine postillatoris in prologum librorum paralypomenon sequitur.

Jncipit prefatio sancti Hieronymi in librum dabreiamin qui est paralypomenon: quod nos dicere possum⁹ verba dierū

Jseptuaginta interpretum ⁊c. Jste prologus preponitur translationi beati Hieronymi: qui paralypomenon de hebreo in latinum transtulit: sicut ipse testatur in .iij. libro contra Rufinum In libro temporū i. paralypomenon qui hebraice dicit dabreiami ad sanctum chromatiū papā prefatiuncula vsus sū. a Si septuaginta interpretum ⁊c. Diuiditur autē iste prolog⁹ in sex partes. in quarum prima septuaginta interpretum prepositā excusatione ostendit motiuū translationis faciendē s. instantiam chromatij pape. q̄ notatur in verbo impellendi. cū dicitur: Impelleres. i. instando cōpelleres. In secunda ostendit sue translationis necessitatem: tum ꝓpter veteris corruptionem: tū ꝓpter nouarū repugnantiā ⁊ diuersitatem. ibi: Nunc ꝙo cum ꝓ varietate regionū ⁊c. tertio ꝓbabiliter arguit q̄ sua translatio a latinis recipienda sit. ⁊ primo arguit per locū a simili sic. ibi: Si igit alijs licuit. secundo p locum ab auctoritate. ibi: Qui inuiolata editiōe veteri ⁊c. quarto dicit q̄ auctoritates quas premisit non introduxit. quasi volens septuaginta cōuincere. sed ut posset suis obtrectatorib⁹ rñdere. ibi: Hoc pace veterū loquor ⁊c. quinto latinoꝝ beniuolentiam captat: recitando bona q̄ eis fecerat. ibi: Ceterū memini ⁊c. sexto attentū eque reddit lectorem translationis insinuans vtilitatem. ibi: Et qđ nunc de beniamin ⁊c. His dictis aliquos passus litterę exponam⁹. Si septuaginta interpretū pura. i. incorrupta. b Ut ab eis de hebreo. c Jn grecū versa est editio ꝓmaneret supflue, q̄tum ad hec que integre transtulerunt non q̄tum ad ea que scienter omiserunt: quoꝝ additio non erat supflua: sed valde necessaria. d Mi. pater ⁊ amice. e Chromati episcopoꝝ sanctissime atq; doctissime. i. primatū sapientie ⁊ sanctitatis sup episcopos habēs: qui debent esse sancti p innocentiam quo ad seipsos: ⁊ ministerio sanctificantes alios. ⁊ docti ad informandū subditos. f Impelleres. i. instāter pelleres monendo: Ut hebraea tibi volumina latino sermone trāsferrem. g Quod enim semel aures hominū occupauerat i. translatio septuaginta quā iam eis audierant ad minus p famā. h Et nascentis. i. primitiue: Ecclesie rohorauerat fidem. i Justum erat etiam nostro silentio comprobari. i. iustū erat ut aliam translationē non facerē. ⁊ ita silendo. i. a translatiōe cessando trāslationē septuaginta eū alijs approbarem. k Nūc ꝙo cū ꝓ varietate regionū diuersa ferant exemplaria. sicut patet inferius vbi dicit: Alexandria ⁊ egypt⁹ ⁊c. l Et germana illa antiquaq; trāslatio ⁊c. ⌋ trāslatio septuaginta dicit germana. q: facta fuit a germanis. i. fratribus q: omnes iudei erant. antiqua dicit q: omniū fuit prima. m Nostri arbitrij putas. i. nostro iudicio eōmittēdū putas. n Aut e pluribus. translationibus. o Judicare quid verū sit. ut. s. qđ verū est approbem⁹. ⁊ oīa cetera iugulemus. p Aut nouū opus in veteri ⁊c. ⌋ i. sup vetus opus septuaginta. q Illudentibusq; iudeis cornicū ⁊c. ⌋ cornix auis est nigra ⁊ garrula. ⁊ multū gaudet qñ videt cadauera. p quā signt iudei nigri peccatis: garruli in detrahendo: maxime xpianis. gaudēt enī cū vidēt cadauera. i. ecclesie mortifera detrimēta. quib⁹ oculi ꝓfigunt: cū occasiones huius gaudij subtrahunt. ꝓm hoc cōstrue ităm Tu putas nr̄i arbitrij ee nouū op⁹ i. nouā trāslationē. Cōtere. in qua sint addita ea que deficiūt in translatiōe septuaginta: ⁊ sic deinde Cōfigere oculos cornicū. ut dicit in vulgari. puerbio. i. occasionē gaudij de defectibus nr̄is subtrahere: Judeis illudentibus. illudendo nobis ꝙperantib⁹ q̄ ita detruncatā ⁊ falsam bibliā habeam⁹. defect⁹ enim biblie sunt q̄si quedam fozamina p que vidēt q nr̄a biblia est corrupta. si ergo defect⁹ supplear. fozamina obstruunt. ⁊ sic q̄si cornicū. i. emulox oculi ꝓfigunt: q: nihil vltra q̄ dēspicere valeant intuent. vñ ꝙsius: Lumina cornicis fodis: obturās inimicis Rimas: ne videāt qđ lacerare queāt. Si rimas admis: non figunt lumina rimis. Nec tūc deridēt: nil q: turpe vident. Sic igit ostendit q̄ translatio sua est necessaria ꝓpter nouarū translationū repugnantiā ⁊ diuersitatē. s. diuersa continentiū. ⁊ exemplificat qđ prius dixerat. q. s. p varietate regionū diuersa ferunt exemplaria. cū dicit: r Alexādria ⁊ egypt⁹. ille due regiones que exposite sunt s. in epla ad Paulinū. s Jn septuaginta suis. i. sibi acceptis ⁊ quasi appropriatis. q: alioꝝ translationes nō recipiū t. t Helichiū laudat auctorē. q: ipsius exemplaria habent in auctoritate que ipse transtulit de .lxx. editione: non tñ immediate. dicit enim Hiero⁹ in libro illustriū viroꝝ. q̄ helichi⁹ cesaree vbis episcop⁹ plurimo labore corruptā bibliotecā origenis ⁊ pamphili in mēbrants instaurare conat⁹ est. Jn opusculo de vocabulis biblie inuenies qđ est mēbrana. v Cōstantinopolis vsq; ad antiochiā ⁊c. ⌋ Cōstantipolis dr̄ quasi cōstantini polis. i. ciuitas: quā troiacie vrbem cōstantinus ex suo nōie instituit. Antiochia metropolis est regni antiochi. sicut p3 in textu. j. Machab. iij. Lucian⁹. sicut ait Hiero⁹. in libro illustriū viroꝝ. vir ditissim⁹ antiochene ecclesie presbyter tēpe in scripturarū studio laborauit. ut vsq; nunc qdam exemplaria scripturarū luciana nuncupent. passus nichomedie ob cōfessionē xpi. x Medie int̄ bas ꝓuincie palestinos codices legunt. i. in palestina compositos. palestina prouincia est asie. de qua dicit Jsidorus etymol. xiij. Palestina ꝓuincia philistijm metropolim habuit: que nunc ascalon dicitur: huic ab oriente mare rubrū occurrit: a meridiano latere iudea excipit: a septentrionali plaga tyriozū finibus clauditur: ab occasu egyptio limite terminatur. y Quos ab origene elaboratos. i. cum magno labore compositos. sicut s. dictum ē in prologo Josue super litteram illam: Ut ꝓ grecoꝝ exemplaris ⁊c. ⁊ super litterā illā: Cur origenē mirant⁹ ⁊c. z Eusebi⁹ ⁊ pamphil⁹ vulgauerūt. Hiero⁹ in li. illustriū viroꝝ: Eusebi⁹ cesaree palestine epūs i scriptur⁹ dūis studiosissim⁹: ⁊ bibliotece dine cū pamphilo martyre diligētissim⁹ questigator ediđit infinita volumina. Jdē i eodē: Pāphil⁹ pbr eusebij cesariēsis epi necessari⁹ tāto bibliotece dño amore flagrauit. ut maximā ptē origenis voluminū sua manu descripserit q̄ vsq; hodie in cesariēsi bibliotheca bñ

Jncipit prefatio sancti Hieronymi in librum dabreiamin qui est paralypomenon: quod nos dicere possum⁹ verba dierū

Antus ac talis ē liber iste ut absq; illo si quis scientiam scripturarum sibi voluerit arrogare: semetipsum irrideat. per singula quippe nomina iunctura sq; verborū ⁊ pretermisse in libris regum teguntur historie: ⁊ innumerabiles explicantur euangelij questiones. Sed si septuaginta interpretum pura: ⁊ ut ab eis in grecū versa ē editio p̄maneret: superflue mi chromati episcoporum sanctissime atq; doctissime impelleres: ut hebraea tibi volumina latino sermone transferrem. Quod enim semel aures hominū occupauerat: ⁊ nascentis ecclesie rohorauerat fidem: iustum erat etiam nostro silentio comprobari. Nunc ꝙo cum ꝓ varietate regionū diuersa ferantur exemplaria: ⁊ germana illa antiquaq; translatio corrupta sit atq; violata: nostri arbitrij putas: aut e pluribus iudicare quid verum sit: aut nouum opus in veteri opere convertere: illudentibusq; iudeis cornicum ut dicitur oculos configere. Alexandria ⁊ egyptus in septuaginta suis helichi um laudat auctorem: cōstantinopolis vsq; antiochiam luciani martyris exemplaria ꝓbat. Medie inter bas ꝓuincie palestinos codices legunt: q̄s ab origene elaboratos eusebius ⁊ pamphil⁹ vulgauerūt.

Totusq; orbis hac int' se tri/faria[a] varietate compugnat. Et certe origenes nō solum ex/empla composuit quatuor[b] edi/tionum e[c] regione singula ver/ba describens: ut[d] vnus dissen/tiens[e] statim ceteris[f] inter se cō/sentientibus arguatur: sed[g] qō maioris audacie ē: in editione septuaginta theodotionis edi/tionem miscuit: astericis des/signans que minus fuerint: & virgulis que ex superfluo vide/bātur apposita. Si[h] igitur aliis licuit non[i] tenere quod[k] semel susceperant. & post septuaginta cellulas que[m] vulgo fine[n] aucto/re iactantur [o]singulas [p]cellulas aperuere: hocq; [q]in ecclesijs le/gif qō[r] septuaginta nescierūt: cur[s] me nō suscipiāt latini mei: qui[t] inuiolata editione veteri ita[v] nouam condidi: ut labo/rem meum hebreis[x] & quod his maius est apostolis auctoribus comprobem: Scripsi[y] nuper li/brum de optimo genere inter/pretandi: ostendens illa de euan/gelio ex egypto vocauī filiū me/um. & quoniam nazareus voca/bitur: & videbunt in quem cōpunxerunt. & illud apli: Nō oculus non vidit nec auris au/diuit: & in cor hominis nō ascē/dit que preparauit deus diligen/tibus se: ceteraq; his similia in hebreorū[a] libris inueniri. Cer/te[b] apostoli & euangeliste septu/aginta interpretes nouerant[c]: & vnde eis hec que[d] in septua/ginta interpretib[e] non haben/tur: ¶ Ips dom[f] noster vbi/usq; [g]testamēti cōditor in euan/gelio fm iohannem: Qui[h] cre/dit inquit in me sicut dicit scri/ptura: flumina de ventre eius fluent aque viue. Atq; scriptū est: qō saluator scriptū esse testa/tur. Ubi scripum est: Septua/ginta non habent: apocrypha[i] nescit ecclesia. Ad[k] hebreos igi/tur reuertendum[l] est: vnde[m] & dns[n] loquitur: & discipuli ex/empla presumūt. Hec pace de/terum loquor[o] & obtrectatori/bus meis tm̄ respondeo: qui canino[p] dente me rodūt: in pu/blico detrahentes: & legentes in[q] angulis. id est[r] accusatores & defensores: cum[s] in alijs pro/bent: quod[t] in me reprobant: quasi[u] virtus & vitium non in rebus sint: sed cū auctore mu/tentur. Ceterum memini editi/onem[v] septuaginta translator[x] olim de greco emendatam tri/buisse me nostris[y]: nec[z] inimicū debere existimari eorum[a] quos[b] in cōuentu[c] fratrū[d] semp edis/sero. Et qō nunc dabreiamin. i. hba dierū interpratus sū. idcir/co feci: ut[e] inextricabiles moras

a Trifaria. i. triplici. a tris quod est tres & fares diuisio. quia in tres partes diuisa. b Quatuor editionum. s. lxx. symmachi aquile: & theodotionis. vide illa loca. plogi Josue. de quibus ō. proximo facta est mentio. c E regione singula verba describens in exaplois in quibus littera vnius translatoris scribebatur ex aduerso contra litteram alterius. d Ut vnus. s. translator. e Dissentiens. ab alijs. f Ceteris inter se consentientibus arguatur. i. reprehensibilis ostendatur. & in quo plures consenserint quasi verum & immutabile censeatur: & non solum vbi quatuor exemplaria composuit. g Sed quod maioris audacie est &c. littera plana est. quid sit astericus quid obelus. inuenies ō. in illo prologo: Desiderij mei &c. h Si igitur alijs &c. Hic arguit q latini debeant suā translationem libenter recipere. & primo per locum a simili dicens: Si igitur alijs licuit. origeni. s. & alijs ō. dictis. i Nō tenere. immutabiliter. k Quod semel acceperāt. scilz translationem. lxx. id est si licuit eis p[m] trāslationem veterem quam semel acceperāt & approbauerāt nouas translationes facere. l Et post. lxx. cellulas. continens ponitur pro cōtento. methonomia est. i. p[m] translationem. lxx. qui fm Aug. in cellis singulis transtulerunt: sed nō fm Hieronymū qui ait: m Que vulgo. i. vulgariter. n Sine auctore. aliquo de his mētionem faciente. o Iactantur. i. iactanter asserunt. superbia enim est asserere quod nulla probari potest auctoritate. vñ latēter inuehit contra Augustinū. p Singulas cellulas aperuere. id est singulas editiones facere: in quib[m] addiderunt aliqua translationi. lxx. & hoc est quod sequitur; q Hocq; in ecclesijs legitur. id est in regionibus ō. primo memoratis. r Quod. lxx. nescierunt. id est quod quasi nescientes in sua editione omiserunt. s Cur me non suscipiant latini mei. quasi diceret. hene possint suscipere: ex quo victe ecclesie nouas translationes aliorum interpretum suscepere. Deinde arguit per locum ab auctoritate q recipienda sit tanq; autentica. quia est hebreorum & apostolorum & euangelistarum auctoritatibus confirmata. vñ dicit: Cur me non recipiāt latini mei. quia sum latinus sicut & ipsi. t Qui inuiolata editione veteri. hoc dicit contra Origenem qui in translatione. lxx. miscuit theodotionis editionem: & sic vtrāq; corrupit. v Ita nouam condidi ut laborem meum. id est editionem meam a me laboriose compositam. x Hebreis & quod his maius est apostolis auctoribus comprobem. Apostoli enim multa dixerunt de veritate hebraica que non inueniuntur in. lxx. translatione que possunt inueniri in libello quem ipse fecit de optimo genere interpretandi. & hoc est qō dicit: y Scripsi nuper librum de optimo genere &c. quedam epistola est quam scripsit Hiero[m] ad Pāmachium de optimo genere interpretandi. in qua scribuntur omnia exempla que ponuntur hic. que plene inuenies supra in illo prologo scilz Desiderij mei. ante medium. s. z Ceteraq; bis similia. supple ostendēs

a In hebreorum libris inueniri. ab illo loco. s. Scripsi nuper &c. vsq; huc veter legi sub vno versu. & propter hoc resumitur hic ostendens. b Certe apostoli & euangeliste septuaginta interpretes id est translationē septuaginta interpretum. c Nouerāt & vnde eis hec. id est vnde habuerunt vt dicerēt. d Que in septuaginta interpretibus &c. ¶ q. d. de hebraica veritate hoc habuerunt. e Utriusq; testamēti cōditor. hoc est contra manicheum q dicebat vetus testamentum esse a magno deo. & nouum ab exiguo. f Qui credit inquit in me. Joh. vij. g Apocrypha nescit ecclesia. i. non recipit vel non approbat apocrypha. in plogo Josue. circa principium exponit quid sit apocryphum. aliq; dicunt q apocrypha est nominatiui casus singularis numeri ut sit sensus. Apocrypha ecclesia. i. q apocryphis vtit. Nescit h. ex. q. lxx. non habent. b Ad hebreos igit. id est ad hebraicam veritatem. i Reuertendum est. vbi hec reperiuntur. k Unde. de qua hebraica veritate l Dns loquit. Hec pace veterū &c. i. septuaginta: m Loq[r]. & obtrectatoribus. n Canino. i. rabido vel irrationabili. o In angulis. id est in occulto. p Id est accusatores & defensores. eiusdem. q Cum in alijs probent. id est cōmendent in aliorum scriptis. r Nō in me reprobant. i. quod in scriptis meis vituperant. s Quasi virt[s] & vitium nō in rebus sint sed cum auctore mutentur. i. quasi diuersitas auctorum faciat editionem preciosam vel vitiosam. & nō potius precium vel vitium ipsarum rerū. t Editionem septuaginta. i. translationem. lxx. correctam. v Nostri. i. latinis. x Nec inimicū debere existimari. i. reputari super me puto. y Eorū. s. translationem. z Quos edissero. i. expono vel confirmo q hebraicā veritatem. a In cōuentu. i. in cōgregatione. b Fratrū. i. fidelium latinor. vñ p3 q nō inuideo nec detrabo ipsis. c Ut inextricabiles moras. i. lōgas inias.

a Et ſiluam.id eſt confuſionem multam: ſicut arbores confuſe ſunt in ſilua: ita q̄ a remotis vix vna diſcerni poteſt ab alia. b Senſumq̄ barbariem.hoc dicit· q̄ editio ſeptuaginta ita confuſa erat ⁊ corrupta q̄ videbatur eſſe barbara.⁊ barbaras ⁊ ignotas habere dictionū ſignificationes. Digererē.i.exponerē uel ordinatim diſtinguerem. Per cola.i.per membra ⁊ diſtinctiões Verſuum.colum dicit a colon quod eſt membrum.eſt autem colum pūcta ꝓlatio alicui⁹ orationis ꝑ maiores recciſiones ⁊ p clauſulas quaſdam cōſtantes ex duabus dictionibus uel pluribus. ut hic: Non me fraudabis: non ledes: non ſpoliabis. vñ colum interpretatur preciſus ſenſus uel longa ſententia. In ꝓlogo ſuper Iſaiam plenius inuenies de colo comate ⁊ periodo. Juxta biſmenium. quidam fuit philoſophus qui dicebat: ſi noluerint me alij audire: tamen canam mihimetipſi. Quidam dicunt biſmeniū eſſe fluuium iuxta quem orgia bachi celebrabant cum clamore· quibuſdam.ſ.clamantibus: alijs ſilentibus ⁊ clamantes verberantibus.⁊ eſt ſenſus: Si aures ceterorum ſurde ſint. i.ſi ceteri translationem meam cōtemnant ⁊ eam audire noluerint.tamen ego canam.i.transferā: Mihimetipſi ⁊ meis amicis. Juxta biſmenium.i.ſicut faciebat biſmenius ꝓbus Uel iuxta biſmenium.i.ſicut illi qui celebrabant orgia iuxta fluuiū illum: non dimittebant ꝓter aſtātes qui eos verebāt.orgia orgiorū dicebantur ſacrificia bachi: ab orge q̄ eſt cultura· q̄ ad culturam animę credebātur ꝑtinere.uel dicunt ab orge q̄ eſt ira.q̄ in ſacrificijs bachi frequenter mouebant ad iram. Item or dicitur bonū: ge terra. vñ dicuntur orgia in quibus multum vini ⁊ annone expenebantur.

Explicit qualiſcūq̄ explanatio iſtius ꝓlogi. Credo q̄ iſte ꝓlogus imediate poſt ſequentem ſcribi debeat: ſed vitio ſcriptor̄ in pluribus bibliis vnus ab altero ſeparatur.

Incipit expoſitio alterius ꝓlogi.

Rius tamen aliquid de nomine iſtorū librorū ⁊ ordine ꝑſtringam⁹. Notādū q̄ dabreiamin hebraice: paralypomenō grece: verba dierum dicim⁹ latine. vñ ⁊ a Hiero⁹ in ꝓlogo ſup Regum· dabreiamin chronicus.i. temporaneus appellatur.q̄ continet quedam geſta temporū ab adam uſq̄ ad captiuitatem babylonicā ſub ſedechia factam in quam terminatur vltimus liber Regū: ſicut ⁊ ſecundus Paral'.⁊ q̄ libri paralypomenon cōmunicant in materia cum libris Regum.⁊ quoniā in his ſupplentur que min⁹ ibi dicunt.ideo poſt libros Regum imediate ſequunt.ſed cū in libris Regū agatur de vtroq̄ regno.i.iuda ⁊ iſrael: in paralypomenon tm̄ de regibus iuda agitur.ꝓponunt aūt libris Eſdre· q̄ finis ſecundi Paralypomenon idem eſt cū principio eſdre. Quis ſcripſerit dabreiamin ignoratur. vñ inter apocrypha poneret.ſicut patet ō.computari.tamen inter agiographa computatur.ſicut patet ō.in principio ꝓlogi Joſue. Derivationem paralypomenon inuenies ō.in epla ad Paulinū in.viij.ca. Jtē nota q̄ Hiero⁹ dabreiamin correxit ⁊ trāſtulit.primo enim correxit ſeptuaginta: poſtmodū nouam editionem fecit ad petitionem Lhromacij papę de hebreo transferens in latinum.⁊ q̄ correctio preceſſit translationē. ideo ꝓ-

ⁿ ſiluam nominum que ſcriptorum confuſa ſunt vitio: ſenſuumq̄ᵇ barbariem apertius ⁊ per verſuum cola digererē: mihimetipſi ⁊ meis iuxta biſmeniū canens: ſi aures ſurde ſunt ceterorum. Jtē aliꝰ ꝓlogus.

Eſebius hieronim⁹: dommoni ⁊ rogatiano ſuis in chriſto ihesu ſalutē. Quomodo grecorum hiſtorias magis intelligunt qui athenas viderunt: ⁊ tertium virgilij librū a troade per leuchaten ⁊ acroceraunia ad ſiciliam: ⁊ inde ad oſtia tyberis nauigauerint: Ita ſanctam ſcripturam lucidius intuebitur: qui iudeam oculis contemplatus eſt: ⁊ antiquarum vrbium memorias locorumq̄ uel eadem vocabula uel mutata cognouerit. Unde ⁊ nobis cure fuit cum eruditiſſimis hebreoꝝ hūc laborē ſubire: cum dicit: Aīi grecoꝝ ⁊c. Item didicit humiliter non de ſe preſumendo· q̄ notatur cū dicit: Fateor enim ⁊c. Item didicit ordinate peritiorem doctorem eligendo: q̄ notat cum dicitur: Deniq̄ cū a me ⁊c. tertio innuit q̄ neceſſaria eſt ſua correctio.ſ.,ꝑter grecorum ⁊ latinorum codicum falſitatem· q̄ notatur ibi: Lūtere enī loquor ⁊c.quod tamen non attribuit vitio ſeptuaginta interpretum. ſed culpe ſcriptoꝝ.quarto oſtēdit cum apud hebreos liber ꝑalypomenon vnus ſit.cur apud nos recepit ſectionē ibi: Hoc primū ſciendū ⁊c.ąnto excitat lectoris attentionem.⁊ hoc ,ꝑter duo.ſ.,ꝑter difficultatem.⁊ vtilitatem. difficultatem inſinuat cum dicit: Illud etiam attendendum ⁊c.vtilitatem indicat cū dicit: Ad extremū q̄ omnis eruditio ⁊c. ſexto dicit q̄ q̄uis non ambigat aliquibus diſpliciturum· dōmonis rū ⁊ rogatiani orationib⁹ aditus fecit iſtam correctionē ibi: Orationū itaq̄ veſtrarū.de cui⁹ veritate ne forte aliquis dubitaret· vltimo docet vitare dubitationis occaſionem.⁊ hoc dupliciter. ꝓmo cum alijs conferendo· ibi: Si quis in hac interpretatione ⁊c.ſecūdo aſterici ⁊ obeli officium attendēdo· ibi: Ubicūq̄ ergo aſtericos ⁊c. littera ſatis plana eſt, vñ leuiter ꝑtranſito. Euſeb⁹ Hiero⁹. binomius erat· ſicut ꝑz hoc in epla quā ipſe fecit de clerici vita ul' monachi: que ſic incipit: Euſebius Hieronym⁹ Octauo ſuo ſalutem. Dōmoni ⁊ rogatiano ſuis amicis: In xp̄o ihesu ſalutē.ſequit: Athenas.ciuitatē grecie.⁊ dicūtur athene quaſi littorales.uel ab acta quod eſt littus· quia in litore erant poſite.uel dicuntur athene quaſi īmortales ,ꝑter ſtudium quod ibi viguit quia īmortalis eſt ſapientia.ab a quod eſt ſine ⁊ thanatos quod eſt mors. Et tertium virgilij. eneydos. Ad troade.regione.de qua dicit Iſido.xiij.etymol'. Eſt regio troadis ſuprjecta ab aquilonis parte galatie: a meridiano vicina eſt licaonie: aboriente adheret lydie: ab occidente hellespontiaco mari finit. Per leuchaten.promontoriū iuxta neapolim i quo attici apollinis templum fuit.ita dicit Iſido.etymol'.xiij. Acroceraunia.montes ,ꝑter altitudinem ⁊ fulminum ictus vocantur. Et nota q̄ per cōpoſitionem a ceros quod eſt cornu ⁊ amnis dicuntur ceraunia ceraunioꝝ cōmotiones ⁊ exaltationes vndarū in tempeſtate quaſi cornuti amnes. Item ceraunia dicuntur ſaxa eminentia in mari ad inſtar cornuum. vñ Ouidius in.xv. metamor⁹ph⁹. Saxa fugit dextra ꝑrupta ceraunia parte.⁊ p compoſitionem ab acros quod eſt mons: poſſum⁹ dicere acroceraunia ſcopulos magnos ⁊ cacuminatos.⁊ in amne uel in mari.tamen ſm illud Iſido.ſunt inter armeniam ⁊ byteriam. Ad ſiciliam.regionem ſic dictam a ſiculo fratre itali.prius tamen a ſicano rege ſicania dicta eſt·⁊ etiam trinacria ,ꝑter tres montes quos habet.ſcilz ꝓlorum: pachinum: ⁊ lilybeum. vñ Iſidorus etymol'.xiij. Trinacria grecū quod latine triquadra dicitur: quaſi in tres quadras diuiſa. hec ab italia exiguo freto diſcreta: aphricum mare proſpectans.in cuius freto ſcilla eſt ⁊ caribdis: quibus naufragia aut abſorbentur aut colliduntur. Saluſtius dicit italie coniunctam fuiſſe ſiciliam. ſed medium ſpacium impetu maris diuiſum ⁊ ſciſſum Ad oſtia tyteris.id eſt ad portus tyteris: qui dicuntur oſtia· quia ſicut per oſtia fit introitus ⁊ exitus domorum: ſic in portu patet introitus ⁊ exitus fluuiorum.uel dicuntur ſic ab hoſte: quia illic hoſtibus occurrit. Tyteris italie fluuius a Tyterio rege albanorum dicitur qui in hunc fluuiū decidit ⁊ de exitio ſuo nomen dedit.nam antea ⁊ albula antiquum nomen a colore habuit q̄ nimbus albus

